DEFENSIO CEREMONIARUM

Ecclesiæ aduersus errores & calumnias Trium librorum D. Ambrosij Moibani Vratislauiæ Concionantis.

Reprehensio item Noui Canonis Missæ ab eodem æditi.

Per D. Io. Cochlæum Canonicum Vratislauiensem.

Ingolstadij ex officina Alexandri Vueissenhorn.

M. D. XLIIII.

EGREGIO
VIRO, DOCTORI
Ambrosio Moibano Io. Cochlæus.
S. D. ac bene agere.



E Catechismo tuo, Egregie Dñe Doctor, quondã edito breuem scripsi libellũ Teuthonica lingua, qua & tuus euulgatus erat Catechismus. Quẽ sane libellum meum quonã animo acceperis, nescio. Ego certe haud malo aut inimico in te animo scripsi, sicut diserte protestatus fui. Nunc igitur gratiosa Venerabilis Capituli Ecclesiæ Vratislauiensis uocatione factus tibi uicinus, multo minus inimico in personã tuam animo sum & esse debeo. Quandoquidẽ à puero usq; audiui ac in scholis didici, Malum esse, pugnare uicinos aduersum uicinos, & ex sacris quoq; literis docemur cum uicinis habere pacem & amicitiam. Etenim in lege ueteri ad esum agni paschalis inuitabatur uicinus, si deesset domi iustus edentium numerus. Exod. 12. Et in lege Euangelica docemur uicinis congratulari, Luc. 15. si quid boni contigerit eis. Sicut in parabolis

recitat Dominus, de eo qui inuenit ouem suã quæ perierat, & de muliere quæ inuenit dragmam quam perdiderat. In prouerbijs quoque Prou. 27. uere ac prudẽter ait sapiens. Melior est uicinus iuxta quam frater procul.

Rogo igitur te per iura uicinitatis, & per diuinæ scripturæ autoritatem, ut persuadeas tibi, hunc quoq; libellum meum non inimico in te animo à me scribi, neq; per hũc laborem quærere me quæ aut mea aut tua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi, cuius gloriam & honorem hæresi ac schismate grauiter lædi, ut non dubitamus ambo, ita & merito dolemus uterq;. Me quidẽ de hoc dolere, non obscurum esse arbitror uniuersis, qui meos legerũt libellos, quos intra xx. annos non ita paucos ędidi. Te quoque super hoc dolere, testari uidentur Tres libelli, quos hic nuper euulgasti, quorum unum Reuerendissimo Domino, D: BALTASSARO. Episcopo nostro, Gratioso Domino meo, alterum Reuerendo patri, Domino Ioanni Episcopo Nicopoliensi, suffraganeo Vratislauiensi & Abbati Monasterij S. Vincentij, Tertium Magnifico & Generoso Domino D. Ioanni, Baroni à Bernstein &c. nuncupasti. Patere igitur æquanimiter, quæso, ut iure uicinitatis super his amice ac fideliter te admoneam, ut siquã inde culpam in te agnoueris, ab ea declines in tẽpore, ne te mors & nouissimum Dei Iudicium in ea deprehendant. Itidẽ me quoq; facturũ esse, si

uere

uere ac recte me admonueris, sctē tibi pmitto.

Quod sicubi liberius quam uelis, peccatum tibi ostendero tuum, rogo, ne arbitreris amaru lento in te animo aut procaci exprobratiōe id à me fieri, sed studio potius ueritatis ędificationisq; & salutis tui desyderio. Quis scit enim si forte Deus meo ministerio, quantumuis rudi aut importuno, te salubriter admoneri, & ad saniora conuerti uelit, qui nō est dedignatus Balaam, magnum illum in sęculo ariolum, per os asinæ admonere. *Num. 22.* Memēto igitur huius prouerbij, si quando mordaci (quod tamen mordaciter non faciam) uero te perstrinxero. Meliora sunt uulnera diligentis q̃ fraudulenta oscula odientis. *Prou. 27.* Quemadmodum & Psalmista sapienter dicit, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum aūt peccatoris nō impinguet caput meum. *Psal. 140* Hoc autem oleum adulatio est. De qua in alio ait Psalmo. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt Iacula, Cęterum ut breuiter absoluam quod intendo, ne suspiceris, me temere oīa, quę tribus libris complexus es, cæco quodam odio, sine iudicio indiscriminatim repręhendere, aut impudenti assentatione comprobare, distincte cōmemorabo, quæ comprobo, & quæ non comprobo. Vt tu quoq; similiter agas mecum. *Psal. 54.*

Multa profecto in tribus libris tuis sunt, quę nemo Christianus aut uir bonus repręhendat, Qualia sane (uerbi gratia) sunt hec.

IN LIBRO AD EPI- *scopum Vratislauiensem.*


Emini obscurum est (inquis) Digni tatem Excellentiamq; Episcopalis officij alios omnes ordines hominū, quibus ad communem pacem conseruandam in hac mortalitate opus est, longissi mo interuallo post se relinquere.

2. Hoc admonemur, omnem humanam autoritatē cedere oportere Episcoporū functiōi.

3. Reuerendissimam esse dignitatem ministerij, quod ꝑ manus Christi accipiunt Episcopi.

4. Cū ergo spiritus sanctus hęc agat in Apostolis & Episcopis. Quis decus et fastigiū ministerij nō reuerebit, non adorabit? O beatos eos Episcopos & ministros, qui se organa spiritus sancti ad salutem animarū cōsecrata esse norūt.

5. Est ergo praeclara admodum & magnifica res Episcoporum functio. In qua nō ipsi sed diuina Maiestas praeses est & gubernator.

6. Scire enim haec oportet Episcopum, se spiritu Dei regi & gubernari, illiusq; auxilio omnia recte & foeliciter administrari.

7. Quicunq; igitur perturbant Ecclesiam, & autoritatem Ecclesiarum aliqua indignitate eleuāt, conculcabūtur à Domino in die Iudicij.

8. Vt Orbi reuelaretur, absq; Dei spiritu Euangelium efficaciter praedicari non posse.

9. An

9. An non extrema expectamus in tot dissidijs, tot malis ac dilaceratione Ecclesiarũ? Extrusi sunt ministri, doctrina Christi fere extincta iacet, omnia abusu pereunt.

(*At non est Dei spũs extra unitatẽ Ecclesiæ Catholicæ, quia nõ dißensionis sed pacis et unitatis Deus ẽ.*)

10. Ergo Barbaries, furia oĩm perniciosissima Rebus publicis, in religionem ferocius grassari incipit, & ut magis crudelia dicam, dilacerãtur oues in conspectu tuo, iugulãtur impune multorum animæ. Hæc in libro ad Episcopum. *1. Cor. 14*

IN LIBRO AD SVFfraganeum eiusdem, sunt ista.

IN fine Epistolæ peto R. Domine, hoc scriptum meum eo consilio euulgatum esse credas, quod uelim commendari omnium hominũ ordinibus Ecclesiasticas dignitates, quas propter abusus quosdam in contemptum aliquem apud uulgus prolapsas uidemus.

2. Neq; uero qui sapiunt, Titulos & officia uestra Ecclesiastica abiecturi & contempturi sunt ideo, quod in quibusdam ad hæc usq; tempora aberratum sit, homines sumus & dormitamus nonnunquam. Quis non aberrauit unquam in ciuilium rerum administratione?

Hunc contemptũ excitauerũt nouæ calũniæ Lutheri, non noui abusus Ecclesiasticorũ

3. Si in illis quę iudicio & cōsiliꝭs nostris subiacent, nonnunq̄ ab ęquitate deflectimus, non mirum est, si in mysterio abstrusissimo, quod Christus est, et ꝙ nulla humana cogitatione & sapientia cōpręhēditur, nos aberrare cōtingat.

(*Longe aliter prædicauerūt & scripserunt Lutherani hactenus.*)

4. Quapropter nemo sanæ mentis, Episcoporum ordinem & ministrorum Ecclesiasticorum nomina, dignitates & officia contemnet, propterea, ꝙ nimiū indulserint quidā abusibus & ꝓphanationibus uerbi et sacramētorū.

5. Itaq; hoc scripto meo uolui recōciliari omnibus hominibus T. D. & aliorū, qui præsunt Eccleæsiæ, officia Titulos & nomina.

(*Officia uera reprobasti, falsa effinxisti.*)

6. Abusus perstrinxi quidem, sed officia Ecclesiastica ornaui, & ornari uolo.

7. Hortor perpetuo & hortaturus sum omnes, ut pastores & ministros uerbi uenerentur.

(*Ante tuas Prædicationes lōge maior fuit Cleri ueneratio hic quam modo est.*)

8. Nollem enim uulgi fabulam eos fieri qui Domini sunt peculium.

9. Si enim horum autoritatem Dignitatēq; eleuauerimus, quid ponderis nos apud Christum habituri sumus, qui non uult tangi pupillam oculi sui?

10. Si igitur quispiam Episcopum, qui uerus

est pa-

est pastor sui gregis, debito honore prosecutus non fuerit, in Christum est blasphemus. Si quis suffraganeum & quemuis alium ministrũ uerbi, qui nomen Christi in suo ministerio illustrat contempserit Christi cohæres nõ erit. Hęc sub finem libri ad suffraganeum.

(Qui Episcopo rebellis est, debito eum honore nõ prosequitur).

In libro ad Dominum á Bernstein.

Quis hanc diuinissimã uirtutẽ, Timorẽ scilicet Dñi, non pręferat omnibus naturalibꝰ illis & ciuilibꝰ uirtutibꝰ? Quis eam non in cęlũ usq; tollat? Siquidẽ has plerũq; humana regit ratio. Illa uero ductore & preceptore utitur spiritu sancto.

(Timor Dei é cordibus hominũ exufflatus est hac precipue propositiõe falsa, Sola fides iustificat. Et ista, homo baptizatus damnari non potest nisi in Christum credere nolit, Stante fide in Christum, nulla nocere possunt homini peccata).

2. Quamuis uero has quoq; minime contẽnendas esse iudicem, tamen quia Satanæ sordibus sunt contaminatę, nullo modo adduci possum, ut credam eas in pari æstimatione habendas esse cum hac uirtute, quę Dei cultum uerũ secum adfert & docet.

3 Certum est, miserrimas esse eas Ecclesias & Resp. de quarum Episcopis et Principibus hor

rendum hoc concionatur scriptura. Non est timor Dei in conspectu eorum.

4. Contra uero, illas esse beatissimas, quarũ pastoribus & gubernatoribus iucundissimum hoc canit Spiritus sanctus Beati omnesq; qui timẽt Dominum, qui ambulant in uijs eius.

5. Nihil te moretur aliorum quorundam negligens & somnolenta administratio, qui tãtũ propter se, non propter pauperes, pupillos & uiduas, fastigium honorum & Dignitatũ ambiũt, Quicũq; tales sunt, daturi sunt olim Christo Iesu iustissimo Iudici pœnas iustissimas.

6. Causantur. n. nihil ad se pertinere defensionem gloriæ Dei & curam Ecclesiarum conseruandarum. si hoc negant, Cur non potius etiam palam negant se esse Christianos?

(Sic eos docuit Lutherus in suo de Potestate sæculari libro).

7. Si autẽ Christi nomẽ profitentur, Cur Dei cultũ et Ecclesias nõ ornãt et iuuãt? Cur patiũtur tot milia animarũ tradi in potestatẽ satanę.

(Traduntur animæ in satanæ potestatẽ per nullum magis peccatũ quam per hæresim qua se homines separant à Catholica Christi Ecclesia.

8. Taceo, quod & ipsi sacrilegas manus apponunt ad bona Ecclesiastica, hæc rapiunt, hæc deuorant isti uultures, Plæriq; inter nobiles & Ciues, quasi non sit Iudex, qui olim sit

contra

contra tales fures Ecclesiasticos seuerissime laturus sententiam.

9. Horũ mentes, si spiritu timoris Domini ducerẽtur, & si cordi ipsis esset uerbum Christi manus suas à tam sacrilega direptione abstinerent. Vix dici potest, quæ & quanta mala tales in Ecclesiam designent & important. Primum, dant magnam occasionem ut uerbum Christi contemnatur. Deinde aperiunt fenẽstram omni licentiæ & uesaniæ hominum.

(Sacrilegæ direptiones ante Lutheri doctrinam neq; in Germania neq; in Dania, neq; in Suecia fuerunt, ut nunc sunt proh dolor)

10. Prudentiss. Imperator Theodosius, iussit stipendia curari ministris uerbi Episcopis & pastoribus Ecclesiarum, ut hac ratione, quandoquidem alia fieri non posset, dissiparetur funestum consilium Satanæ. Nam nihil dubitabat, melius habituros status regnorum & imperiorum, ubi Ecclesijs & ministris illarum bene prospectum esset, maxime si hi recte & fideliter docturi essent Euangeliũ. Hæc ibi in epistola pręliminari.

Ex his itaq; perspicue uidere atq; intelligere poteris, Moibane, me ingenue recitare, & nequaquam maligne dissimulare, sed manifeste cõprobare bona, quę in libris tuis continẽtur.

Video

Video pręterea nonnullas in ijſdem querelas, quas mihi tecum cõmunes eſſe diffitere nolim. Eas pręſertim, quas in libro ad R. D. Epiſcopũ noſtrum ingenue profers, ac fortiter atq; intrepide in publicũ producis, Quales ſane ſunt iſtę.

Querelæ D. Moibani ad Epiſcopum Vratislauienſem.

HIs tẽporibus tanta omniũ rerũ eſt mutatio, uarietas, lubricitas et incõſtantia, tot incerti euẽtꝰ in rebꝰ gerẽdis, tot ſimultates tum publicę tũ priuatę, tot ſycophantię impudentiſſimę quibus æquitas & ueritas impetuntur, Tanta humanarum mentium propter ambitionem, cupiditates, auariciam & cætera flagitia, flexibilitas.

(Hæc mala pepererunt nobis noui Theologi, *maxime* Monachi *Apoſtatæ,* Qui *nec* Deo *nec ſuperioribus ſuis fidem ſeruant).*

2. Vbiq; omnia plena inſidiarum, calumniarum, peruerſitatum & prauorum conſiliorum eſſe uidemus. Vaſtiſſimus gurges & uorago omnis ſceleris & perfidię, cui non ubiq; incurrit in oculos?

3. Intelligis, qualem uirum hęc functio requirat, pręſertim in tam calamitoſo ſtatu fere omnium Rerumpub. Taceo nunc afflictiſſimam conditionẽ Religionis & Eccleſię Chriſti Saluatoris noſtri. Non arbitror te negaturum, tibi po

bi potius onus quam honorẽ iniectum esse.

(Afflictionem hanc Lutheri et complicũ eius scriptis acceptam referre debemus).

4. Enimuero tam insidiose struit nobis malum Satan, ut non uelit uel guttulam aquę his offerri qui in Christi sunt ministerio, Velit omnes perditos, quotquot hoc nomen illustrare contendunt.

(Nulli frequentiores sunt in Christi ministerio quã Monachi et fratres Conuentuales, quos nunc satan per Lutheranos maxime persequitur).

5. Quia uero tantus cõtemptus uerę religionis obortus est, totq; monstra impietatis hodie & in Slesia enata sunt, quodam Mose uel Ieremia aut Paulo aliquo cordatissimo opus est, qui uigilantia, prudentia, animiq; magnitudine singulari excellens, ea, tanq; Samson quispiam cõterat.

6. Quando, quæso per Christum, libido hominum tam aperto Marte in Religionem, in dogmata Christi, in sacrosancta sacramenta, in Ecclesiastica ministeria, in coniugij fidem, atq; hoc nostro sęculo, efferatius grassata est?

7. Multi enim qui proteruia et petulantia nõ ebrij sed ebriosi sunt, sensum omnem communem in prophananda religione Christi amisisse uidentur, his summæ est uoluptati, sordes suas contumeliarum in sacrosanctam Eucharistiam & Baptismum regenerationis expuere.

Ante

Ante Lutheri scripta nihil audiebatur de Anabap-tistis et de sacramentarijs atq; Suermeris.

8. Nam horum alij Eucharistiam irridentes inquiunt. Quid ea opus est? Quid mihi prodest tantillum panis edere, & tantillum uini bibere? Taceo, quæ de impanato Deo & de Carniuoris, blasphema uoce, in ipsis tabernis & publicis diuersorijs loqui audent.

9. Necq; uero ulla dissimulatione hic opus est. Sunt plæriq; in ipsa Nobilitate, sunt non pauci inter ipsos ciues, pręcipuarũ familiarum homines, quibus impune licet contemnere, irridere, & contumelia afficere Matrimonium. Hæc matrimonij prophanatio, quam Turcicam impudentiam non superat?

(Matrimonij prophanatio ijs maxime imputanda est, qui nunc docent, Chistiano homini licitum esse, habere simul duas uxores).

10. Sed audi Reuerendissime Domine aliud monstrum, quo non solum res Politica, sed ipsa Ecclesia Christi magis ac insolẽtius uastatur. Habet Silesia nouum quoddam hominum genus, nuper admodum Satanę industria excitatum, quod Verrina & Catilinaria sęuicia grassatur in Ecclesias, in parochias & ministeria Christi, Eos fures et raptores Ecclesiasticos nõ inepte dixeris. Alius. n. agros parochiales rapit, alius prata & pabula, alius syluulas, aliꝰ frutecta, alius uepreta & dumeta, alius paludes & lacus

lacus piſcarios, alius hortulos parochiales, alij decimas iure quodam hæreditario ad ſe pertinere cauſatur, alius miſſalia, quæ uocant, in ſuum uſum colligit, alij alio prętextu utentes reliquas acceſſiunculas parochiales deuorant. Et poſt pauca. O naſſam, ô labyrinthum Satanæ inextricabilem. Hos Iulianos, hos Centauros, hos Verres, hos Catilinas, hos Siſchos, hos Nobiles & prȩclaros fures, quis non execretur? Hac tyrannide extinctum eſt apud Bohemos miniſterium, ſæuitia uaſtauit Iulianus Eccleſiam, hæc etiam rabies quoſdam noſtros egregios, Nobiles & Ciues, hac tempeſtate, & corpore & animo penitus tranſuerſos agit.

Sacrilegæ direptiones.

(Hos Iulianos, Verres & Catilinas ante .xxx. annos neſciebamus, quando ignotus erat Lutherus.

In his ſi ulla guttula ſanæ, piæ & honeſtæ mentis reſideret, uel Dei uindictam grauiſſimam, uel magiſtratus Ordinarios, Reges & Principes timerent. Quoniam uero hic nullus eſt Dei timor, ſed tantum petulantia, contemptus Dei & effrenis damnatio, quibus eſt excuſſus omnis pudor, reuerentia, & cogitatio diuini iudicij, impune exugitur exhauriturque ſanguis miniſtrorum uerbi, & animæ deploratorum agricolarum miſerrime

ſerrime in Orcum precipitantur. Et ſunt talia exempla furum Eccleſiaſticorum olim magis obſutura Eccleſiæ, ſi proceres religionis & ipſi Principes Sleſiæ conſilia ſua non mutauerint. Dicent enim procaciter filij illorum, diſcrimen capitis obiecturi, ut has rapinas maiorum ſuorum defendant, ad ſe pertinere iure hęreditario acceſſiones illas Parochiales. Sed nolo de his ſacrilegijs plura uerba facere, cum in aperto ubiq; hæc peſtis ſęuiat. Hæc ex tuis d. Moibane querelis ad Epiſcopum noſtrum.

Inueſtigatio Cauſæ et Culpæ tot malorum huius temporis.

Iob. 5.

Quoniã uero ſcriptũ eſt, Nihil in terra ſine cauſa fit, morbũq; curare neſcit medicus quẽ cauſa morbi latet, operæpręciũ fueri, ut obiter tot malorũ, de quib. ad Epiſcopũ noſtrum quereris, cauſam exquiramus, ut cognitum amoueamus ſi his malis mederi uelim9. Certe ex proprijs uerbis tuis non obſcure intelligitur, hæc mala in Sileſia antiquitus non fuiſſe ſed nuper exorta & excitata eſſe, Et nouerunt omnes Sileſiæ, pręſertim huius Ciuitatis (quæ Sileſiæ Caput eſt) incolæ, Quicunq; xxx. annis eam incoluerunt, Qualis ante publicatam Lutheri doctrinam, cui Euangelij nomen à ſecta eius impudenter ac falſo arrogatur, per omnes urbes & pagos fuerit Chriſtiãę religionis

Cauſa malorum in Sleſia.

religionis ſtatus, Qualis & Quanta diuini cul
tus frequentia, Qualis Nobilium Senatorũq́ue
& populi tam urbani quam ruſtici deuotio in
templis, ſedulitas in orationibus, pietas in elee=
moſynis, obſeruantia in Ieiunijs, celebritas in
diebus feſtis, Iucunditas in annuis Eccleſiæ Ce
remonijs, ac diuerſis pro tempore ritibus. Qua
lis in ſecreta peccatorum confeſſione cordis cõ
pũctio, In miſſarum ſolemnijs audiendi et orã
di aſſiduitas, in ſacris ad populum concioni=
bus morum emendatio uitæq́ue correctio, Quã
ta Epiſcoporum & Paſtorum in Eccleſijs au=
toritas, Quanta familiarum in domibus diſci=
plina. Quanta ſubditorum ad quoslibet ma=
iores obedientia & reuerentia, Quanta in com
mercijs fides, ſimplicitas & rectitudo, Quam
iuſtus & fidelis mercenariorum & quorumli=
bet operariorum labor, Quam timorata ubiq́ue
conſcientia.

Bona antiquæ deuotionis.

Quanta deniq́ue per Dei benedictionem agro
rum fertilitas & abundans omniũ rerum pro=
uentus, Non enim poterat mentiri, aut fallere
promiſſa ſua Deus Opt. Max. Qui per Mala=
chiam prophetam decimarũ & primitiarum
ſubtractionẽ, & miniſtrorũ Dei irreligioſum
contemptum (de quo & tu ad Epiſcopum no=
ſtrum querelam facis) redarguens, promittit
omnem ubertatẽ, ſi mala iſta corrigantur. Ait
ergo. In penuria maledicti eſtis, & me uos con
figitis gens tota, Inferte omnem decimam in

Vbertas terræ.

Malach. 3

horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus. Si non aperuero uobis Cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem uſq; ad abundantiam, et increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ ueſtræ, nec erit ſterilis uinea in agro, dicit Dominus exercituum. Sic

2. Cor. 9. & Apoſtolus ad eleemoſynam exhortans Corinthios ait. Hilarem datorem diligit Deus. Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Ita & Sileſitis faciebat Deus dum eis pietas & religio cordi, & timor Dei ante oculos eorum erat.

Poſteaq; uero noua Lutheri doctrina (quæ ſolam fidem predicans, & exufflato é conſcientijs timore Dei, & bonorum operum ſtudio ac merito, ſine ueſte nuptiali hominibus regnū cœlorum per ſolam in Chriſtum fiduciam promittit) per omnem fere Sileſiam inualuit, inuenerunt incolas ea mala, de quibus tu uerißime quidam conquereris, ſed malorum cauſam nō dicis, nec remedia proponis. Nulla uero medendi ſpes extare poteſt, niſi prius cauſa malorum excidatur, Monebat ergo ſuper nos perpetuo illud uerbum Domini, quod ſupra ex propheta recitatum eſt. In penuria ueſtra maledicti eſtis, niſi corrigantur ſacrilegia, de quibus tuipſe conquereris. Nimis enim manifeſte

feste per multa ubiq; experimenta constat nobis ueritas huius prouerbij, quod diuina recitat scriptura, Alij (inquit) diuidunt propria & ditiores fiunt: Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Causa igitur tot malorum quæ nunc sunt & antea non fuerunt in Silesia non aliunde profecto ortum habet quam ex noua Lutheri doctrina, quæ infaustis admissa & recepta est auspicijs, Ante eam enim omnia melius in Slesia habuerunt. *Proue. 11*

Qualis antea Vratislauiæ cultus Dei.

Tu sane, qui Vratislauiæ hic natus & educatus es; meminisse potes, Qualē uideris puer & adolescens, immo et Iuuenis atq; etiam uir, hac in Ciuitate in omnibus templis et Monasterijs cultum diuinum, quantam populi pietatem, deuotionem, frequentiam inter missarum solemnia in Ecclesijs, concursum in sanctorum patrocinijs, largitatem erga pauperes quoslibet, in Monasterijs in hospitalibus, in ptochotropijs, in Gerontocomijs, in Ecclesiarum porticibus atq; etiam in plateis ubilibet consistentes aut iacentes, obseruantiam in ieiunijs obedientiam circa Ecclesiæ præcepta, honorificentiam erga Clerum, attentionem in contionibus sedulitatem deuotionis & orationis sub diuinis officijs, stationem, geniculationem & supplicationem ad omnia altaria, ad Crucifixi saluatoris nostri & beatæ Virginis atq; etiam quorumlibet Diuorum imagines, maxime

uero circa Ciboria,in quibus reſeruabantur ue nerabilia ſacramenta Euchariſtiæ, Chriſmatis & ſacri olei, Quando à pijs hominibus precioſiſſima queq; ornamenta uaſaq; aurea & argẽtea ad honorem & cultũ Dei donabantur Ecclesijs & Monaſterijs, Quando uera & uiua fides cordium in externa pietatis opera erumpebat, Quando nihil ſatis ampliter & decore uidebatur à mortalibus in honorem Dei immortalis & ſanctorum cum Chriſto regnantiũ fieri poſſe, quantumuis eſſet ſplendidum aut preciosum, quod pia offerebat humilitas, Qualis ſane multo eminentiſſime prefulgebat in feſto Corporis Chriſti, per omnia totius urbis templa atq; etiam per uicos & plateas. Tunc igitur Dei benedictione tãta fuiſſe hic dicitur omnium rerum ubertas & abundantia, ut uni ſacerdotum aut ciuium pro uictu et amictu annuo ſufficere potuerint. xxx. aurei, cui nũc uix lx. ſufficere queant.

Poſteaq; ergo per te tuiq; ſimiles Concionatores noua Lutheri doctrina diſſeminari hic cœpit, mox omnia in deterius prolapſa ſunt, de quibus tu nunc ſero quidem, at non ſerio ſed adulatorie tantum in libris tuis conqueri uideris, neq; tamen ceſſas adhuc tuis in concionibus antiquam Catholicorum pietatem iniquiſſime reprobare, nec uereris etiam in hiſce libris tuis (in quibus ita acerbis uocibus cõtra impietatem & ſacrilegia Nobilium, ciuiũq; con-

Cauſa malorum, lutherica Cõciones.

conquereris) & missas & Ceremonias anti-
quas , uelut impias , damnare. Propter quod
inexcusabilis es ô Moibane, in quo enim alios
iudicas, teipsum cõdemnas. Eadem enim agis Rom. 2.
quæ iudicas. Per tuas enim & Complicum tu
orum conciones tanta est his temporibus hic
omnium rerum facta mutatio, tantusq; uere
& antiquæ religionis contemptus est obortus.
Si enim uos noua Lutheri dogmata non præ-
dicassetis, nequaquam tot essent desolata &
destructa templa & Monasteria, in quibus an
tea celeberrimus erat cultus Dei. non essent à
Laicis tot altarium, quæ pro celebratione mis
sarum in laudem Dei & sanctorum eius à pijs
maioribus fundata fuerunt, annui occupati
census, non essent abrogatæ Missæ, quarum
frequentissima ac saluberrima quotidie per
omnes Ecclesias fiebat celebratio, non essent
in sacrilegam direptionem tradita tam multa
& præciosa Ecclesiarum uasa & ornamenta,
Deniq; (ut breuis sim) non essent omnia illa
mala, de quibus ipse quereris iam, secuta, quæ
ego supra ex uno librorum tuorum non absq;
animi dolore enumeraui. Vnde haud iniuria
hic tibi tuisq; complicibus obijci possit illud
Iuuenalis. Quis tulerit Grachos de seditione
loquentes, Cum enim uestra doctrina tot ma-
lis causam dederit, quis uos æquanimiter ferat
de eiusmodi malis nunc sero & inaniter, post-
quam uobis autoribus facta sunt, cõquerẽtes?

Non mirum est igitur, quod populus nunc non raro aduersus quosdam sermones uestros murmurat, & queritur, uos olim longe aliter quam nunc aliquando prędicatis prædicasse. Similes enim uidemini per hoc improbis & impijs illis Christi illusoribus, qui dantes ei alapas nequiter dicebãt. Quis est qui te percussit. uos enim non unam dedistis Christo alapam, qui uenerabilissimum corpus eius totum (non solam faciem eius ut illi fecerunt) è ciborijs omnium templorum, in quibus uobis permissa est potestas, impie eiecistis, & debitum ei deferri honorem prohibuistis, ut iam non liceat in parochijs illis, in quibus uos regnatis, Dominicum illud corpus uenerabiliter pro infirmorum necessario uiatico reseruare, necꝫ ullo cum honore per plateas exportare, siue ad morituros infirmos siue in publicis processionibus. Qua igitur fronte potestis nunc accusare Nobiles & Ciues, quos doctrina Lutherica pessime ac perniciossime imbuistis, quod irreligiosi sunt & sacrilegi, Cum antea tales nõ fuerint, sed ex sermonibus uestris tales tandem sint effecti, qui prius Christo in Ciborijs sub specie panis uere & substantialiter existenti omnem pie honorem, more maiorum suorum exhibuerunt.

Dare christo alapã.

Si te per hæc contristo, non in aliud quam in pœnitentiam te contristatum uolo, Quemadmodũ Paulus Corinthios ad pœnitentiam contris

2. Cor. 7.

contristatos per epistolā suam esse gaudebat. Non te mordeo ut noceam, cui ob ingeniū & eruditionē optime consultū cupio, Sed officiose ex charitate fraterna tibi ob oculos pono peccata tua publica, quę tu in alijs quidem reprehendis, in teipso autē per Philautiæ nubilū uidere nō potes, similis nimirū in hoc illi, qui in alterius oculo festucam uidet, in suo autē trabē nō uidet. Meo. n. Iudicio in causa malorum, de quibus ipse ad Episcopū nostrū cōquestus es, ubi Nobiles et ciues festucam in oculis suis habent, tu nō paruam aut leuē trabem in tuo habere uideris, Quia doctrinā Lutheri, cui irreligiosa ista barbaries accepto referenda est, tu illos docuisti, & per eam perniciose aperuisti ad ea scelera, de quibus nūc quiritaris, fenestrā, uiā qꝫ perditionis monstrasti, De qua in Euāgelio ait Dominus. Lata porta et spaciosa est uia quę ducit ad perditionē, & multi sunt qui inueniūt eam. Hanc igitur culpā (qua tot pusillos, qui in Christum credunt, scandalizasti & ab unitate Ecclesię in damnabile schisma pertraxisti, et disrupto charitatis uinculo miserabile uulgus in odium Papę, Episcoporum & uniuersi Cleri Catholici tuis sermonibus induxisti) ut salubriter agnoscas opto, & cum Rege Ezechia recogites tot annos tuos (quibus Lutheri dogmata non sine perpetua multorum Milium animarum iactura predicasti) in amaritudine animæ tuæ. Atque efficaciter

Trabs in oculo proprio: Matth. 7.

Ib.

Esa. 38.

Apoc. 2. adimpleas, quod in Apocalypsi angelo Ephesi dictum est à Domino: Habeo aduersum te pauca, quod charitatem primam reliquisti, Memor esto itaq; unde excideris & age poenitentiam, & prima opera fac &c. Nisi enim id feceris, requiret (crede mihi) in extremo irreuocabilis sententiæ iudicio Deus de manu tua sanguinem omnium ouium suarum, quas per publice damnati hæretici doctrinam impiã, ex Ecclesia in hæresim, hoc est, ex ouili Petri, immo Christi, in damnationis æternæ barathrum perniciosissime abduxisti. Quare si tuo quoq; iudicio fures Ecclesiastici atq; raptores sacrilegi dicendi sunt ij, qui bona Ecclesiarum & parrochiales agros, syluulas, dumeta, uepreta & id genus alia terrena & transitoria sibi rapiunt ac retinent, Quanto quæso iustius Tu complicesq; tui tales dici meremini, qui non solum ad rapienda huiusmodi bona Ecclesiarum uiam per Lutheri dogmata preparastis, uerum etiam tot milia animarum (quarum singulæ cunctis Ecclesiarum omnium terrenis bonis longe prçciosiores sunt) rapuistis ex septis Ecclesię atq; ex caulis Christi (qui Ouile suum Petro commendauit) & præcipitastis eas in abyssum Inferni atq; in fauces Satanæ, ũde recuperari nunq; poterunt, quotquot morte preuentę iampridẽ sunt, anteq; Ecclesiæ, unde exciderunt fraude uestra, fuerint reconciliatę.

Fures Ecclesiastici.

Vellem equidem, hęc á me falso dici, ne sis

coram

coram Deo tot tamꝙ grauibus peccatis obnoxius, neꝙ tamen aliud per conſcientiam dicere aut ſentire poſſum. Neꝙ ſi me uel ſecretiſſime ſub ſigillo (ut dicitur) confeſſionis interrogares, aliud reſpondere poſſem, Neꝙ in hoc à me dicuntur, ut nomen tuum traducam. Non em̄ occulta ſunt hęc de q̄bus te admoneo. Quandoquidem publice à te ſunt perſæpe prædicata, neꝙ uereris etiam ſcripto quædam ex ijs euulgare. De quibus deinceps tecum agā, haud mala profecto intentione, neꝙ ex felle amaræ contentionis, ſed ex amore ueritatis & redintegrandæ unitatis & charitatis (ſine qua ſaluari nemo poteſt) deſyderio. Crede ut lubet, & iudica de hoc ſcripto meo ut uoles. Qui me iudicat & cor meum intuetur, Dominus eſt. Etenim uidemus nunc, quanta nobis ab externis hoſtibus, Turcis ac Tartaris pericula indies magis ac magis propiusꝙ immineant. Niſi igitur rupto tandem contentionis & diſſenſionis fune, pacis & unitatis uinculo rurſus cōglutinemur, ut ſimus unū in charitate Chriſti corpus, quod eſt Eccleſia, ſicut fuerunt pij maiores noſtri, uerendum profecto erit, ne Deus in ultionem tot ſcelerum, quæ nunc per diuerſarum ſectarum (quarum fons & origo Lutheri doctrina eſt) homines paſſim fiunt, ſicut tuipſe haud falſo quereris, nos omnes ſub Turcarum aut Tartarorum iugum mittat, & è regno ſuo nos projiciat, ut illud alteri genti fructum eius facienti

 concedat.

concedat. Deus enim nō irridetur, inquit Apostolus, Quod si Dei timor nos non mouet, moueat nos saltem Romanorum ueterum, dū adhuc Ethnici essent, exemplum, qui domesticas dissensiones intermittebant, quotiescunq; externus ingrueret hostis. Sed omissis iam querelis, de dogmatibus quæ in scriptis tuis tetigisti, paulisper tecum agam, si forte possis inde cognoscere, neq; nos tam impie agere circa fidem & Cerimonias nostras quam uos putatis neq; uos tam iustos in discessione uestra, neq; tam certos in dogmatibus uestris esse, quam uideri uultis.

Gal. 6.

ERRORES EX LIbro ad Episcopum.

QVæ tibi de Baptismo et de Eucharistia obieci Teuthonice, hic nō refrico, Cūq; ad ea non responderis hactenus, errores ibi tuos tacite agnouisse uideri poteris. Neq; hic anxie disputabo contra ea, quæ circa historias à te posita non recte habent, Qualia sunt, Quæ commemoras de Scipione Africano & Pompeio, ubi nimis obscure narras, dum non explicas, uter Africanorum (nam duo fuerunt) et quis Pōpeius ille fuerit, Certe si de Gneo Pōpeio, qui magni cognomētū meruit, loqueris quo nullus Pompeiorum clarior fuit)

Historiæ.

fuit) non concordant tempora. Hunc enim uterq; Africanorum tempore præcessit. Deinde quod narras Ambrosium in locum Auxentij Episcopi Arriani iam nuper defuncti (ut ais) subrogatum esse Mediolani. Oratio enim ipsius Ambrosij testatur, nondum defunctum fuisse Auxentium, quando ipse factus est Episcopus. Nam sic ait. Tu Domine Iesu uno momento mũdum redimisti, Auxentius uno momento tot populos, quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio. Meam Basilicã petit cruento ore, sanguinolẽtis manibus, &c. *Ambros. In epistolis lib. 5.*

Item, quod scribis Athanasium, Alexandrinum quondã Episcopum, apud Treuiros sex continuis annis latitasse in cisterna quadam aquis carente. Non recte dicis, hoc enim non apud Treuiros (à quibus reuerenter exceptus ac benigne habitus fuit, præsertim à S. Maximino Treuerorum tunc tempore Episcopo) sed Alexandriæ factum esse testatur scriptor uitæ Athanasij. Constantius namq; Imperator Arrianus, à quo sibi metuebat Athanasius, in Oriente tunc, nõ in Occidente Imperiũ tenuit.

Item quod ais Hierosolymis plærasq; synagogas multarum gentium sumptibus erectas fuisse, hinc alias Cyrenensium, alias libentinorum &c. scholas esse dictas, mihi ut nouum, ita & friuolũ (pace tua dixerim) uidetur commentum esse. Non enim gentiũ, sed Iudæorum doctrina in synagogis tradebaẽ. Quod aũt aliæ *Diuersæ in Hierusalem Synagogæ.*

Cyrenen-

Cyrenensium, aliæ Asianorum &c. dicebantur. Inde factum est, quod Iudæi, qui ex illis ciuitatibus & prouincijs erant oriundi, in eas synagogas ad literarum studium mittebantur, sicut hodie in uniuersitatibus Christianorum diuersarum nationum alicubi diuersa sunt Stu-
Act. 2. dentium Collegia. Erant enim Hierosolymis uiri religiosi ex omni natiōe quæ sub cœlo est, ut inquit Lucas. Religiosos autē uocat hic non Idolorum sed unius Dei cultores. Quod autem ais, alias Libentinorum, nescio an data opera sic dixeris, an uero Typographi factum sit errore aut incuria. Certe nostra atq; etiam
Act. 6. Erasmi translatio, non Libentinorum sed Libertinorū habet sicut & in Græco λιβερτίνων habetur. Sed hæc ad rem haud ita multum faciunt. Ideo de ijs sufficiat te admoneri breuiter, ut inde cognoscas, te in Theologia facilius errare posse, qui in paruis & leuibus rebus, quę ad sensum patent, non semper scopum attigeris, cum tamen uidearis historijs maiorem na-
Prou. 3. uasse operam q̃ scholæ Theologorum. Quare admonēdus es à sapiēte ne tuę innitaris prudētiæ. Quod tn̄ facis, dum multa aliter doces ac legis q̄ docet ac legit Catholica p̱ Orbē Ecclesia.

Falsæ narrationes sub persona Christi.

Quinimmo sub Christi quoq; persona non uereris alicubi loqui aliter quā locutus est ipse, Verbi gratia. Vbi Christus ait, Hoc facite in mei commemorationem. Tu sic interpretaris, Nunquam digne & utiliter manducaturi

estis

turis corpus meum & bibituri sanguinem meum nisi accedat prædicatio uerbi mei, nisi sint qui uobis fructum & utilitatē mortis meæ exponant, nihil proderit uobis hæc manducatio & bibitio, absq; Euangelij mei prædicatione. Quis te quæso constituit Consiliarium aut Interpretem Christi, æternæ sapientiæ Patris, ut ausis aut ius habeas, sub persona eius aliter loqui quam ipse locutus est Dominus? Ergo surdi & muti nunquam digne & utiliter manducaturi sunt corpus Domini? Ergo nec infirmi, qui sine prædicatiōe uerbi salutari uiatico cōmunicāt? Nō sic dicit Christus, sed tu maligne sic fingis in odium missarum priuatarum, & per hoc facis te impium diuini præcepti præuaricatorem, ubi dicit. Non addetis ad uerbū quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Huius tu præcepti contēptor, persepe addis ad uerba Christi noua somnia tua, quæ Christus nunq; cogitauit. Deut. 4.

Vbi quæso dicit Christus hæc uerba, quæ tu audacissime in persona eius dicere non uereris? Hæc docebitis, ista concionabimini, & non alia. Non eget humanis somnijs, traditionibus, & doctrinis regni mei manifestatio. Tu autem ea addis ad hæc uerba Christi. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Contra illud sapientis. Ne addas quicquam uerbis illius & arguaris inueniarisq; mendax. Addis autem in suggillationem Ceremoniarum Ecclesiæ, Prou. 30.

quæ

quæ à Christo non sunt in scripturis expresse traditæ. Quod si ulla tibi esset erga uerba Christi religio aut timorata conscientia, nequaquã ita illuderes ei, dum ad decipiendũ falsis expositionibus populum, induis tibi personã Christi loquentis, & sub ea impietatis larua usurpas tibi multa falsitatis uerba, cõtra Ecclesiã Christi, tanquam à Christo ipso sint prolata. An tu hoc leue putas esse peccatum? si Cæsaris numisma corrumperes aut falsificares aut sub Cæsaris persona falsam monetam uideres, igne pararetur in te ultio. Christi autem, æterni Regis, uerba sensumque impune corrumpes aut puertes, ac pro libitu tuo maligne addes quæcunque ad auertendum ab Ecclesiæ sensu populum tibi commoda uisa fuerint? Certe non facies perpetuo impune, Scriptum est enim. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Hæc tibi dixerim, Moibane, non superbe insultans, aut tui confusionem petens, sed fraterne corrigens, & officiose admonens, ut à talibus deinceps tibi temperes, ac tam grauiter in Verbum Dei peccare desistas, agasque de commissis pœnitentiam, & ego tuam animam Christo lucrer, Iuxta illud Iacobi Apostoli. Si quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, salua-

Crimen falsi.

Apoc. 22.

saluabit animam eius à morte,& operit mul- *Iacob. 5.*
titudinem peccatorum.

Quod autem Episcopum nostrum, Dominum, Prælatum & Principem meum Colendissimum, ad longum per multa argumenta & exempla de scholis instaurandis admones, non solum non reprobo, uerumetiam laudo, & de hoc gratias tibi ago. Quamquam non arbitror necessarium fuisse, ipsum tam prolixe super hoc admoneri, qui ultro ad iuuanda literarum studia gratiose propensum gerit animum, eique non modicum dolet, sicut & mihi pijsque & cordatis omnibus, quod per Luthericas importunitates & intemperies tam grauiter prolapsæ, atque ad tantam raritatem ac paucitatem scholasticorum repente sunt redactæ scholæ, quam primum inualuit Lutherismus, adeo sane ut alicubi prorsus fuerint euacuatæ.

Non negabis, credo, & hic Vratislauię, *Quanta olim in scholis frequentia.* & in omnibus oppidis & Ciuitatibus totius Silesiæ atque etiam Lusatiæ & Misniæ, ubiq; satis frequens auditorium & numerosum cœtum puerorum atque adolescentũ in scholis fuisse, anteq; euulgaretur noua Lutheri doctrina. Parentes enim si diuites erant, malebant filios suos in scholis sub timore uirgæ literis imbui & in moribus disciplinatos reddi quam uel in plateis periculose uagari, uel domi

petulan-

petulanter (ut inquieta est ea ætas) matribus & familiæ molestiam facere. Si autem pauperes erant, mittebant in scholas filios suos, ut in literis proficerent, & earum præsidio ad honores & opes promouerentur, unde suis postea cognatis pauperculis opē ferre quotidianaq; subsidia præstare possent. Omnes uero, tam pauperes quam diuites, pro sua in Deum eiusq; cultum & honorem deuotione, libenter uidebant liberos suos interesse sacris, & honoratiori in Ecclesijs loco & uestitu Deum canticis & orationibus laudare ꝙ solent uulgares Laici.

Causa raritatis in scholis. Luth. contra falso dictum statum Ecclesiæ. Et ad Nobilitatem Germanicam.

Vbi uero Lutherus cum Suermeris suis furiose in tranquillum & Religiosum Reipub. & Ecclesiæ statum irruit, in odium publicũ suis calumnijs trahens Papam, Episcopos, Monachos & uniuersum Clerum, dans scelerato edicto nouas indulgentias omnibus, qui corpora & omnem substantiam suam exponerēt in hoc, ut Episcoporum regimen doleatur, ut missæ aboleantur, ut tollatur discrimen inter Clericos & Laicos, ut aboleantur scholæ publicę tanq̃ Satanæ lupanaria. Tunc certe magna est scholis facta ruina, Quando nouis cõstitutionibus publice interdicebatur pauperibus scholasticis & Monachis, ne mendicarent, Quando suadebant factionis capita, ut omisso latinarum & græcarum literarum studio, hæbraice duntaxat & germanice doceretur Iuuentus. Quando abolebantur Missę priuatę, horę Canonicæ

nonicæ,horæ de Domina, Inuocationes san-
ctorum,Exequiæ mortuorum. Quando cœ-
perunt Missæ & Baptismus Teutonice peragi
in Ecclesijs. Quando leges & Canones reijcie-
bantur,tanquam constitutiones humanæ Euan-
gelio contrariæ, Quando prædicatores & mi-
nistri altaris turpe ducebant in clericali habitu
sua peragere officia. Quando externum explo
debatur sacerdotiũ, & omnes promiscue Chri
stiani,quicunque baptizati essent,dicebãtur à Lu-
thero Papę, Episcopi & sacerdotes. Tunc cer-
te incidit in scholas publica & miseranda ista
(de qua sero quereris Moibane) calamitas,ra-
ritas & desolatio. Inde enim factum est, ut ubi
prius D C. aut D CC. fuerant scholares, po-
stea uix LX. aut LXX. reperirentur. Nã per
uestras intemperies præcidebatur pauperibus
spes,parentibus quidem promouendi ad sacer
dotia aut ad Monachatum filios, filijs uero e-
mergendi ad uberiores per literarũ studia for-
tunas aut honores. Cum uiderent uniuersum
Clerum per uos factum plebi opprobriũ ab-
ominationemque & odium publicum.

Lut. in li. ad nobilitatem Germanicam, & in lib. de abrogã. missa, & cet.

Quod autem inuidiam huius mali conijcis odiose in Episcopos, Canonicos, Abbates & Proceres (ut ais) Ecclesiarum,quod ad Ianuas eorum iacentẽ Lazarũ,hoc est Pauperes scho-
lasticos eiulantes,nemo audiat,eo quod diuitis Pharaonis induratum sit cor,neque tangat men
tes corũ ullus diuini Iudicij timor aut horror.

Calumnia de Lazaro paupere.

C Iniquissi-

Iniquiſſime profecto pariter ac maligniſſime calumniaris, culpam in eos transfundens alienam, atq; adeo tuam ipſius propriã. Tua enim maxime atq; complicum tuorum, qui Lutheri funeſtam doctrinam in hanc Ciuitatem inuexiſtis, incitatione atq; autoritate factum eſt, ut nõ liceat nũc, ut antea & antiquitus apud Maiores ueſtros, pauperibus ſcholaſticis, ad Ianuas diuitum pro panibus cantare aut eiulari, aut ſtipem ab eis pro neceſſitatibus ſuis petere. Effeciſtis quidem importunis concionibus ueſtris, ut nõ pauca deſolata & deſpoliata ſint templa & monaſteria, atque etiam in parochijs ueſtris altaria. Sed dic mihi quæſo, quotnam ſcholaſtici pauperes ex illorum bonis cenſibuſque & annuis prouentibus (quos in honorem & laudem Dei fundauerunt pij Reges Principeſque & Epiſcopi alijque religioſi homines) nunc alantur in ſtudijs ſiue publice ſiue priuatim. Satis autem conſtat, antea ex huiuſmodi bonis, dum in manibus eſſent Prẹlatorum, & ſacerdotum, permultos alimenta & quotidianam ſtipem inde percepiſſe ſcholaſticos egenos.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

Neq; inficiari iuſte poteris, adhuc hodie multo plures hic ali ſcholaſticos paupes apud Eccleſias noſtras, Cathedralem S. Iohannis & Collegiatam S. Crucis per Eleemoſynas Canonicorum aliorumq; ſacerdotum, q̃ aluntur apud uniuerſas parochias ueſtras, ubi tamẽ longe opus

ge opulentiores reperiuntur Ciues q̃ sunt Canonici & Vicarij nostrarum hic Ecclesiarum. Quod aũt tã multi hodie nõ sunt scholastici, q̃ fuerunt olim, Lutherica facit barbaries, quę ubi prædominatur, ui ac libidine, contemptis legibus tam diuinis q̃ humanis, omnia tẽtat, agit, usurpat. Non ignoras, credo. Prælato huius Cathedralis Ecclesiæ, quem scholasticum uulgo dicimus, antiquo iure consuetudineque competere, ut potestatem habeat instituendi ac destituendi cũctos huius Ciuitatis scholarum Rectores. Vides autem nunc ius istud ei ereptũ esse uestris in parochijs. Quare hæc de pauperibus alendis scholasticis & de scholis instaurandis querela tua, iniustissime aduersum nos proponitur, cũ non in nobis sed in uobis maxime ista hæreat tantæ raritatis & desolatiõis culpa. *Ius scholastici.*

Cæterum q Episcopo nostro multa laudũ præconia tribuis, lubentissime nimirũ audio, et eas in illo reuerenter agnosco. Miror tamẽ, qua tu cõscientia sic scribas. Quandoquidem re ac factis longe aliter agis ac sentis quam prætendis hic uerbis. Etenim sic ais ad eum. Elegerũt quidẽ te, diuina (q certe & cõstanter credimus) ꝓuidentia Proceres Ecclesiæ Vratislauiensis, ut munus hoc sacrosanctũ obires. Largiti sunt illi tibi honores & dignitatẽ omnium splendidissimam, propter eximia dona Dei quæ iam pridem in T. C. emicuerunt, ac spem optimam fecerunt Ecclesiæ. Verum successus & *Præconia Episcopi rite electi.*

fœlicitatem administrandi recte & fideliter Ecclesiam Christi, largiri non potuerunt, sunt enim hæc in Dei manu. Electione Canonica ad fastigium honorum euectus es. At ut sis Episcopus, ac plane talis pastor patriæ tuæ hoc tam periculoso tempore, qualem hæc functio requirit, diuino successu opus est. Et infra. De animo (inquis) tuo qualis sit, & quomodo erga Deum & errantes oues affectus sit, nemo est qui ambigat. Est is ornatus pulcherrimis donis sapientiæ & eruditionis. Vnde & pietatis studium ac ornamenta tibi Deum nunquam negaturum pijs hominibus persuasum est. Et rursus, In hoc (inquis) scripta est à me hæc gratulatio, ut publice testarer, te diuinitus ad cœlestem hanc prouinciã uocatum esse. Ignorant enim plærique, quanti facienda sit uocatio tua, & quantopere dignitas officij tui sit suspicienda, &c.

Quod si reuera credis, & ex animo affirmas. Episcopum hunc nostrum diuina prouidentia electum esse à nobis Canonicis (quos hic Ecclesiæ Vratislauiensis Proceres uocas) propter eximia Dona Dei quæ in eius Celsitudine emicuerunt. Certe nullo iure potes ei tuam subtrahere odedientiam. In Christi enim Ecclesia, ab Apostolis usque, semper ius fuit Episcopis, rite & Canonice electis, per omnem Diocesim suam unicuique, uisitare Parochiales Ecclesias, examinare parochos, prohibere

Ius Episcopi.

hibere damnatas prædicari hæreses, inspicere Ecclesiarum ornamenta, sacra uasa, sacras ue- stes, ritus & Cerimonias, Clericorum uitam, Laicorum scandala, ut iuxta Pauli doctrinam omnia honeste & secundum ordinem fiant. 1. Cor. 14
Hoc diuinum & antiquum Ius, nouis & im- portunis concionibus tuis tuorumq́ꝫ compli- cum, Episcopo huic nostro (quem ipsemet di uina prouidentia Canonice electum, & diui- nitus ad cœlestem hanc functionem suam uo- catum esse non dubitas, ut asseris) In hac sua Ciuitate Vratislauiensi ereptum est, mera ui ac temeritate, nulla lege aut ratione. Quod si id neges, proba quæso tuam ergo illum obe- dientiam opere & ueritate, & ego libenter pa- tiar, me aduersum te mendacīj argui, culpamq́ꝫ hanc ultro agnoscam, humiliterq́ꝫ à te depræca bor. Si autem in rebellione hac perstiteris, sicut huc usq́ꝫ per non paucos annos perpetuo feci- sti. Tuam ego conscientiam ex proprīјs uerbis tuis damnatam pronunciare nō uerebor. Idq́ꝫ facere possum plusq́ꝫ Decē sententīјs tuis, quas supra de autoritate & dignitate Episcoporum ex tuo ipsius libro recitaui. Vt iure tibi dicere queat Episcopus noster, cui ordinaria in te & me atq́ꝫ adeo in uniuersum suæ Dioceseos Cle- rum cōpetit Iurisdictio, ex uero (non Lutheri- co) Christi Euāgelio, Ex ore tuo te iudico ser- ue nequam, & ex Pauli sententia te à pīјs & Ca tholicis deuitandū esse pronūciare poterit, quia Inobediens tia erga Episcopū. Luc. 19.

subuersus sis & proprio iudicio condemnatus. Hæc tamen non exprobrantis aut Iniuriantis sed admonentis & animæ tuæ salutem desyderantis animo à me dicta sint, ut cogites tecum in cōscientia tua, ꝙ periculosum sit animę tuæ, sic inobedientem esse tuo Episcopo, quem non dubitas diuinitus electum esse. Nosti ēm illud Apostoli. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Quamuis aūt de ingenio & eruditione tecū contendere nolim, sed facile in ijs tibi cesserim ultro, puto tamen te iure admoneri posse obiter de quibusdam scripturæ locis, quos parum commode ad genuinum sensum tractare uideris. Verbi gratia. Ad semen (inquis) mulieris pertinet omnis posteritas Caini, Esau, Ismaelis, Saulis, Achabi, Herodis, Caiphæ, Neronis. Quales & hodie sunt omnes contemptores uerbi & irrisores Euangelij Christi. Ego Moibane etsi neque doctus neque ingeniosus uideri uolo, sed cuilibet, qui de ijs gloriatur & palmam quærit, facile cedo. Multa tamen hic in te desydero. Primum quod curiosa nouatione mutas & corrumpis ipsum textum diuinæ scripturæ, quod certe non leue peccatum esse puto. Verba quippe Dei ad serpentem sic habent. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Tu autem

Falsa & inepta tractatio uerbi Dei.

Gen. 3.

autem ſic ais. His uerbis uehementi inſultatione quadam alloquitur ſerpentem Dominus, Semen mulieris ueneno afflabit caput tuum, & tu afflabis ueneno calcaneum eius. Vbi quæſo uidiſti aut legiſti unquam, à ſemine mulieris (quod utique homo eſt) ueneno afflari caput ſerpentis? & quid hoc noceret ſerpenti qui natura uenenoſus eſt? Non ſolum igitur iniuſte, ſed etiam inepte & abſurde uerba Dei hoc in loco peruertis. Non negauerim tamen, hæc uerba Dei de ſemine quoque mulieris recte intelligi iuxta Hebraicā ueritatē, licet tranſlatio noſtra ea ad mulierē referat.

Secundo, quod cōfundis indiſcrete ſenſum, dum ad ſemem mulieris pertinere dicis homines peſſimos, Cain, Eſau, &c. quos tamen mox Satanæ poſteritatē ipſe uocas, dum ſubiungis. Contra hanc Satanæ poſteritatem excitantur Epiſcopi. Dic quæſo, Eadem ne poſteritas eſt Mulieris & Satanæ? Cum autem tu ipſe hic dicas, hanc Dei promiſſionem de ſemine mulieris eſſe omnium primam, adeoque fontem & originem omnium promiſſionum, miror, qua fronte aut mente dicas ad ſemen mulieris pertinere homines peſſimos. Cum promiſſio ſit de bonis, ſicut econtra comminatio de malis.

Tertio, ꝙ ipſemet cōtrarius circa hoc tibi exiſtis, et q̄dem bis, primum ſane mox in eodem loco, ubi eos, quos ad ſemen mulieris pertinere

dixeras, Satanæ posteritatem uocas, Deinde post aliquot paginas, ubi sic loq̃ris ad nostrũ Episcopũ. Tu ergo Chr̃i es ciuitas munita, murus æneus, & columna ferrea, ut ne minimũ cædas his malis, quæ hodie in tuam grassantur Ecclesiam. Tu conteres uastatores ouilis tui, contemptores scilicet uerbi, sacramentorum, matrimonij, atq; ipsos raptores & fures Ecclesiasticos. Id nihil dubitamus te effecturũ, fortunante semine mulieris tuos sanctissimos conatus. Quod hic dicis, rogo, semen mulieris? nunq̃d Cain, Achab, Caipham aut Neronem? nõ certe sed Christum. Rectius quoq; dicis hic. Tu conteres, q̃ supra. Tu ueneno afflabis. Afflare enim ueneno non est bonũ, ideo ad promissionem non pertinet. Et tantum de hoc loco scripturæ. Reliquos breuitatis gratia omitto. Mihi enim satis est hic, ostendere tibi, quod & tu homo sis & labi possis, ne superbe alios perpetuo contemnas, & dicta tua pro oraculis haberi uelis.

ERRORES EX LIbro ad Suffraganeum.

ERant quidem adhuc plura in tua ad Episcopum nostrum Epistola gratulatoria, quæ iuste rep̃hendi queãt. Qualia, exempli cau-

pli causa, sunt hęc. Pelagij pestilens dogma Innocentius Romanus Episcopus non admodū improbare uidebatur. Item. Huc referēda sunt quocꝫ Christi uerba, quibus exęquantur omnes discipuli in ministerij dignitate. Item. Vt intelligant, non alterius cuiuspiam hominis aut Diui, uulnera, passionē & mortē esse predicāda in Ecclesia &c. Sed breuis esse cupio, ideo prudēs sciēsqꝫ multa prętereo, de quibus haud iniuste poscere possim a te rationem fidei tuæ, pręsertim in ijs quę ad R. P. suffraganeum nostrū scripsisti, Vbi magna uideris fellis amaritudine & uerborū atroci acerbitate, in Catholicę Ecclesiæ ritus & Cerimonias antiquas inuehi, Vnde gloriam tibi quærere existimaris, Contra quam Regius exclamat propheta, dicens. Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? *Psal. 51.*

Sed uana est, crede mihi, ea gloria, & ingenio tuo indigna. Hunc enim Cerimoniarum contemptum atqꝫ insectationem, non tu primus protulisti, sed iam olim longe ante te Lutherūqꝫ tuum protulerunt eam barbari hæretici Albigenses in Hispania, Vualdenses in Gallia Dulcinistæ in Italia, Taboritę & Hussite in Bohemia, & Vuiclephitæ in Anglia, Verum tamen non habuerunt illi, sicut habetis uos noui Ceremoniarum antiquarum hostes, eloquentiæ fucum & styli elegentiam linguarumqꝫ peritiam. Quare non potuerunt barbaricam suā *Vana gloria.*

superbiam tam longe per multas regiones dis-
seminare, quam potestis uos, per nouum Germaniæ,
post illorum hęreses, inuentum, Typographię
inquam artificium, quo facillime atque citissime
in orbem dispergere uobis licet, quæcunque ser-
pens antiquus uobis contra antiquos Ecclesię
ritus suggerit, Neque tamen preualebitis tandē,
Quoniam mulier, quam in reuelatione sua ui-
Apoc. 12. dit Iohannes Apostolus & Euāgelista sole ami
ctam, lunamque sub pedibus eius, conteret ca-
Matt. 16. put uestrum, sicut iampridem uictrix contri-
uit Albigensium & aliorum patrum & auo-
rum uestrorum capita, quantumuis uos malig
ne eius calcaneo insidiamini. Quia portæ infe-
ri non pręualebunt aduersus eam finaliter, etiā
si ad tempus aduersus eam præualere uidean-
tur, dum fugit in solitudinem mulier illa.

Vt autem ordinate & distincte tibi ante ocu
los ponā errores & iniquitates tuas, quas ea in
epistola ad suffraganeum nostrū scripsisti, per
capita quædam mihi procedendum esse uideo,
Quorum primū erit de offensione, secundū de
Ceremonijs, Tertiū de officio Abbatis, Quar
tum de officio suffraganei, Verū tamen prius-
quam ea attigero, de tuo mihi prefandum erit mi-
nisterio, quod tibi ab Episcopo quondā Vra-
tislauiensi, Iacobo, fœlicis ac laudatæ memo-
riæ, proximo huius nostri Episcopi prædeces-
sore, iniunctum fuisse gloriaris. Scis (inquis)
mihi, quamuis indigno, incumbere minus do-

Vana de ministerio Parachiali Iactantia.

cendi

tendi Euangelij, quo palā damnantur humanę iusticię & expiationes. Et infra. Nondū è memoria (ais) mea excidit, quid in mandatis acceperim olim ab optimo Præsule Iacobo, nūc in Christo dormiente &c. Sed dic mihi Moibane, quæso, quonam iure incumbat tibi, Laico uxorato, munus docendi Euangelij aut regendi Parochialem Ecclesiam, atq; fungendi officio pastorali? Quo id facis exemplo patrū? qua scripturæ autoritate? qua Ecclesiæ consuetudine? Si Paulo Apostolo satis erat, in primordio adhuc Ecclesiæ, contra contentiosos dicere, Nos talem consuetudinem non habemus neq; Ecclesia Dei, Quanto iustius nobis aduersum hāc nouitatem tuam satis esse debet, tibi dicere, In M. D. annis non est auditum in Ecclesia Christi, q̄ Laicus uxoratus ab ullo Episcopo Catholico prefectus sit absq; legitima ordinatione Curę pastorali, & prædicandi officio. At prętexis Episcopi Iacobi, pie in Domino mortui, autoritatē, q̄ ille tibi munus docendi Euāgelij imposuerit, Sed hęc cōfictę ficus folia uanūq; perizoma, nuditatē pudendorū tuorū nō bene operiūt. Sciūt. n. omnes, qui adhuc supersunt, illius Episcopi Consiliarij, qua tu fraude ab eo impetraueris, & qua ille conditione tibi Parochialis Ecclesię S. Elizabeth inuestituram (ut uocāt) cōcesserit, Promiseras. n. ei, te sacros Ordines legitime suscepturū esse, Vt autē promissi huius reus non uidereris, accesisti ad eius

1 Cor. 11.

Fraudulētia ordinū petitio.

suffraganeum, in Domino iampridem defun-
ctũ, & superbe petijsti ab eo, ut omnes sacros
Ordines mox uno actu uno eodemq; die tibi
conferret, probe sciens, id ei non licere. Vbi er-
go id facere is recusauit, tu parochiam nihilo-
minus inuasisti, et ducta uxore Episcopo medi-
um digitum ostendisti. Huius rei memoriam
tibi non refricarem, nisi in suspicionem Luthe-
rismi traheres scripto tuo illum Episcopũ. Cũ
tamen ille sic permanserit in finem usq; obædi-
ens Catholicæ Ecclesiæ filius, ut in uniuersa di-
tione sua nullum sustinere uoluerit parochum
aut prædicatorem Lutheranum, licet circum
circa Lutherizarent omnes fere uicini eius. Tu
autem fraude, contra uoluntatem eius, in paro-
chia semel occupata permãsisti, sicut adhuc per-
manes, contra omnes sanctorum patrum Ca-
nones. Id non iniuriose sed officiose tibi dixe-
rim, ut & à suspicione iniqua uindicetur defun-
cti Episcopi nomen, & tu ab illicito ausu desi-
stas agasq; pœnitentiam. Essent quidem & alia
non pauca uerba tua, quæ hic interseris, repre-
hendenda, sed nõ sinit breuitas, quam intendo,
me sigillatim ad omnia exactius respõdere. Ad
Capita itaq; libri tui festino.

DE OFFENSIO-
ne.

Putas

PVtas R. D. suffraganeum iniuste offensum esse concione tua, qua Ceremoniam consecrandarum palmarum perstrinxisti. Is autem uere Catholicus non esset, si tam impia contra Catholicæ Ecclesię ritum antiquum cōcione tua non foret offensus, Sed obijcis protinus ac dicis, An his nos offendi patiemur, qui bus animos nostros et cōscientias nostras corā Deo emendari oportuit? Sed audi Moibane, ubi nam legisti conscientias nostras emendari coram Deo abiectione aut abolitione receptorum & antiquitus approbatorum Catholicæ Ecclesiæ rituum? Non emendatur sed inquinatur graui peccato conscientia tali ausu. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. *1. Reg. 15*

Rursum obijcis, Nunquam posse legem diuinam absq; nostræ naturæ offensione predicari exercericq;, Ideo diserte dixerit Apostolus, lex iram operatur, quia Deum nostra natura absq; sui offensione non audiat. Hæc uerborum inuolucra, quid aliud quęso sunt quam Satanæ retia ad capiendas fidelium animas, quibus eliciat eas, ut dimissa Ecclesia schismati se adiungant & per hoc in æternum pereant? Nō sunt res inter se contrariæ lex diuina & lex naturalis, necq; contraria sibi inuicem sunt Deus & natura humana, lex enim naturalis effectus & exemplum est legis diuinæ & ęternæ, & Deus humanæ naturæ autor est, quam ad imaginem& *Calumnia in naturā humanā.*

nē & similitudinem suam creauit; Quomodo ergo dicis, Deum & legem diuinam non posse absq; naturæ nostræ offensione audiri? Credo itaq; te legis diuinę aut Euangelij uerum gustum nunquam habuisse, quam diu Luthero adhesisti, quia per schisma cui te mancipasti, spiritum Dei amisisti, Non enim in schismate habitat spiritus Dei, quia non est dissensionis Deus sed pacis, ut ait Apostolus. Recte igitur tu ipse dixisti in Epistola tua ad Episcopum, absq; spiritu Dei Euangelium efficaciter prędicari non posse. Vnde fit, ut ex tot prędicationibus uestris nullus uitæ fructus cernat̃ in populo, nemo namq; inde emendatur, omnes per sectæ uestræ doctrinā deteriores facti sunt, Quia spiritum Dei non habetis, per quem efficaciter possit Euangelium prædicari, quod utiq; charitatem & spiritum Dei habentibus bonum nuncium & dulce refrigerium est, ad quod inuitans Dominus, ait, uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam uos, Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Vos ergo, qui per schisma à charitate excidistis, non potestis cum psalmista per spiritum Dei uere dicere. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine super mel ori meo.

1. Cor. 14

Infructuosa prædicatio.

Matth. 11

Verbum autem Apostoli, lex iram operatur, longe alium habet sensum quam tu prætendis, sicut ipsemet prolixe declarat in sua ad Romanos epistola, Quod si ædificare potius quam

quam scandalizare uelis scriptis & sermonibꝰ tuis, non ita confuse et uniuersaliter pronunciares. Nunq̃ posse legem diuinam absq; naturæ nostræ offensione predicari, sed distincte diceres cũ Apostolo, Cõdelector legi Dei secundũ interiorem hominem, uideo autem aliam legẽ in mẽbris meis &c. Quod igitur sermone tuo R.D. suffraganeꝰ offensus fuit, nõ inde accidit ꝙ displicuerit ei lex diuina, sed ꝙ displicuit ei, et merito quidẽ, impia & hęretica tua contra Ecclesię ritus antiquos doctrina, quã falsissime simul & impudentissime legem diuinã et Euangeliũ dicis. Quare intolorabilis est superbia hęc tua, qua te prolixe cõfers sanctissimis prophetis Samueli, Helię, Hieremię et Amos, Quorũ sermonibus uere diuinis offensi fuerunt impῖj homines & Idololatræ, qui Deo rebelles erant, Tuis autem sermonibus ac libris non offenduntur impῖj & hæretici, sed religiosi atq; Catholici homines, qui Deum uiuum uere colunt. Ro.7. Superba cõperatio

Adhuc uero intolerabiliꝰ est, quod te, Christo, Paulo & Stephano, suffraganeum uero & alios Catholicos impῖjs Iudæis & gentilibus comparare non uereris, Et interim uerba et sensum quoq; Christi et Stephani maligne peruertis. Certe Christꝰ dominꝰ et Deꝰ noster in sęcula benedictꝰ, pernũciauit ueh aduersꝰ urbes quasdã Galileę, nõ ob id sane, ꝙ p̃dicatione Euãgelῖj uehemẽter fuerint offensę, sicut tu dicis, Matth.11

sed ꝙ

Oportet nos non solum audire uerbũ Dei sed et facere.

sed quod audientes Euangelium & uidẽtes uirtutes & signa eius, non egerunt pœnitentiam. Quemadmodum solent hodie Lutherani tui, qui Euangelium audiunt & pœnitentiam non agunt. Surgent igitur uiri Niniuitæ in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in predicatione

Ib. 12.

Ionæ. Non enim satis est libenter audire uerbum Dei, sed oportet secundum illud facere,

Luc. 11.

Beati (inquit Dominus) qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud, Omnis enim qui audit

Matth. 7.

uerba mea, & non facit ea, similis est uiro stulto

Mar. 6.

qui ædificauit domum suam super harenam. Qualis nimirum stultus fuit Herodes quoq; Rex, qui Iohannem baptistam libenter quidẽ audiebat, sed pœnitentiã de incestu agere negligebat, Ideo non profuit ei, uerbum pœnitẽtiæ ex ore Iohannis auditum.

Ib. 12.

Multa itẽ turba Iesum libẽter audiebat (ut ait Marcus) quoniã

Matt. 27.

uero pœnitentiam non agebat, ausa est postea aduersus eum clamare, Crucifige Crucifige eũ, Item Sanguis eius super nos & super filios nostros.

Calumnia in S. Stephanum.

Act. 7.

Aug. lib. 10. de ciuitate dei c. 17

Stephanus preterea, Protomartyr ille sanctissimus, nequaquam detestatus est publice (sicut tu calumniose & blasphemeaduersus eum dicis) templum & cultum Dei externum in lege prescriptum, Sed arguit potius Iudeos, quod acceperant legem in dispositione (seu in edictis ut Augustinus legit) angelorum & nõ custo-

dierint eam, Necq audierint Moysen, qui dixit filijs Israel, Prophetam suscitabit uobis Deus de fratribus uestris, tanq; me ipsum audietis, Qui & accepit uerba uitæ dare uobis. Cæterũ falsi testes contra Stephanum dicebant, Homo iste non cessat loqui uerba aduersus locum sanctum & legem, Ergo & tu, ô Moibane, falsus es contra Stephanum testis, quod publice detestatus sit templum & cultum Dei externum in lege pręscriptum, hoc enim non fecit Stephanus, necq; Christus ipse necq; Paulus aut ullus Apostolorum. *Deut. 18.* *Act. 6.*

Christus arguens Pharisęos et scribas, quod dicebant, Quicunq; iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debitor est, Stulti (inquit) & cæci. Quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum, Dixit item. Non ueni soluere legem sed adimplere. Et Paulus, mox ut Romam uenit conuocatis primis Iudęorum dixit ad eos. Ego uiri fratres nihil aduersus plebem faciens aut morem paternum, uinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum. Ad quem & Iacobus Hierosolymorum Episcopus dixit, Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis, Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri Quatuor habentes uotum super se, his assumptis sanctifica te cum illis, & impende in illis ut radant capita, & scient om-

Obseruatio rituum legis tempore Apostolorum. *Matth. 23* *Ib. 5.* *Act. 28.* *Ib. 21.*

nes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. Licuit igitur eo tempore fidelibus ex Iudæis legem & externum Dei cultum in lege præſcriptum cuſtodire, Quare iniqua eſt tua Moibane in Stephanum calumnia.

DE CEREMONIIS & ritibus Eccleſiaſticis.

Sophiſticus apparatus.

MAgnis quidem uerborum ampullis & turgenti apparatu ſophiſticę argumentationis præſumis aduerſus Ceremonias nóſtras agere, tanq̃ omnia ſint, quæ profers, cæleſtia oracula, Ideoq̃ ſuperbiſſime ſimul & impudentiſſime dicis Domino ſuffraganeo, Si offenſus es, nõ mihi offenſus es ſed domino noſtro Ieſu Chriſto, Sed Deo bene iuuante oſtẽdã tibi manifeſte, q̃ ineptũ te hic geras Sophiſtã, & q̃ uanę & inanes ſint argutiarum tuarũ uires, Principio (inquis) ſpectandum eſt, ut loquturi de Ceremonijs & ritibus Eccleſiaſticis, oculos noſtros perpetuo in Dei uerbum defigamus, In quo tanq̃ in ſpeculo certiſſima ueritatis & uoluntatis diuinæ imago nobis elucebit. Hũc ſcopũ ſi nobis propoſuerimus, nunq̃ errabimus &c. Hac prefatione niteris lectorem in tui admirationem rapere, ut uerbi Dei prætextu effaſcinatus, putet te nihil aliud q̃ uerbũ

Dei

Dei proponere. Deinde unũ ex Euangelio lo-
cum, tanquam arietem fortiſſimũ, adducis, cuius ſo
nitu mox omnes ruant Ceremoniæ noſtræ,
quas tu reijcis, haud ſecus atque corruerũt olim
muri urbis Hiericho ad ſonitum ſeptem bucci *Iosue. 6.*
narum, quibus clangebant ſacerdotes filiorum
Iſrael. Ais ergo. Sunt. n. hæc ſaluatoris no- *Luc. 9.*
ſtri uerba. Qui me et meos ſermones erubuerit
coram hominibus, hunc filius hominis erubeſ
cet cum uenerit in maieſtate ſua & patris & ſan
ctorum angelorum, Hoc (inquis) edictum eſt
Chriſti omniũ auguſtiſſimum & uere regiũ, di
uinaque non humana autoritate in totum orbẽ
terrarum promulgatum. Huic edicto ſi pare-
mus, quanti quæſo faciemus omniũ hominũ
traditiones & cõſtitutiones? Hic te rogo Moi-
bane, Quid hęc uerba Chriſti faciũt contra be
nedictiones & cõſecrationes Aquæ, Salis, her *Verba*
barum, Cereorũ, templorũ, altariũ, ueſtiũ & ua *Christi*
ſorũ, quibus in cultu Dei utimur? Quas tu ore *male con-*
impuro audes dicere Ceremonias impias, Ido- *tra Cere*
lolatriæ ſpectacula, umbras & ſpectra inania, *monias no*
operationes Satanæ &c. Nũquid in earũ rerũ *stras de*
cõſecratione & uſu erubeſcimus Chriſtũ & ſer *torta.*
mones eius? Nequaquam. In omnibus enim
orationibus & benedictionibus noſtris, quibus
eas res cõſecramus, uenerabiliter utimur nõie ſer
monibusque Chriſti, quas et cõcludendo dicimus,
Per Chriſtũ dominũ noſtrũ, Nihil prorſus itaque
cõtra Cerimõias nr̃as facit iſte locus Euãgelij.

Quo tamen tū superbissime pariter ac seditio-
Verba se- sissime turgēs ais, Huic edicto si paremus, quā-
ditiosa. ti quæso faciemus omnium hominū traditio-
nes & constitutiones? Sic olim in sua Babylo-
ne loquens Lutherus (Nihil esse remedij, nisi
ut extinctis semel omnibus omniū hominum
legibus, secundum solum Euangeliū omnia re
gerētur) miseros agricolas in tumultus, & No
biles quosdam in rebellionem concitauit. At
uerba Christi hoc non habent, Nec unq̄ inten
dit Christus aut Paulus aut ullus Apostolorū,
hominū cōstitutiones aut leges approbatas ab
rogare, Iussit Christus dare Cęsari quod Cęsa-
Matth. 22 ris est, Iussit Paulus, ut omnis anima sublimio-
Ro. 13. ribus subdita sit potestatibus, Iussit Petrus, ut
1. Pet. 2. subiecti simus omni humanę creaturę propter
Deū &c. Hic ergo locus Euangelij, Qui me &
meos sermones erubuerit, longe aliū habet sen
sum, q̄ tu fingis, uerū eius sensum explicuerūt
re & opere atq; fortibus factis apostoli et Mar
tyres, qui pro nomine Christi ac propter confes
sionē illius uerūq; Euāgeliū ei9, et mortē et om-
nia tormētorū genera perpessi sunt, in quo sa-
Ro. 1. ne sensu et Paulus ait ad Romanos. Nō. n. eru
2. Cor. 1. besco Euangeliū, Et ad Corinthios. Qm̄ et Iu-
dęi signa petūt, et Gręci sapientiā quęrūt. Nos
autē prędicam9 Christū Crucifixū, Iudęis qui-
dē scādalū, gentib9 autē stultitiā. De quo Chri
st9 ipse ait. Quoniā uas electionis est mihi iste,
ut portet nomē meū corā gentibus & regibus
& fi-

& filijs Israel. Quamuis uero prolixa nugacitate, de uerbo Dei rhetoriceris, non tamen raro tibi ipsi contrariũ te facis, Ex decreto enim Apostolorũ, ut fideles ex gentibus abstinerent à sanguine & Idolothyto, generalem hanc infers regulam. Siqui tales (inquis) ritus sunt, qui causam huiusmodi habent charitatis, tranquillitatis & disciplinę rudium, hi retinẽdi sunt in Ecclesia, nam nihil inest eis contumeliæ contra Christi uerbum, Dic autem Moibane, quidnam contumeliæ contra Christi uerbum insit benedictionibus salis, aquæ & aliarum rerum, quę per uerbum Dei & orationem sanctificantur, ut ait Apostolus. Tuo igitur etiam iudicio retinendi sunt huiusmodi ritus in Ecclesia, quia nihil inest eis contumelię contra Chrsti uerbũ. 1. Tim. 4.

At dicis nos abiecto Dei uerbo, eoq; nõ prędicato nec audito, fiduciam salutis & remissionis peccatorum, quæ soli Christo adscribenda sit, tribuere operibus, meritis, sectis & expiationibus, quas homines, ut obscurarent Christi gloriam, Ecclesię obtruserint. Sed calumniã dicis. Vbi enim abiecimus uerbum Dei: nonne quotidie adhuc inter Missarũ solẽnia legitur Epistola, legitur Euãgeliũ, leguntur uersus quidam ex psalmis & prophetis: Nonne singulis dominicis & festis diebus prędicatur & auditur publice in Ecclesijs nostris Euangelium: fiduciam preterea salutis & remissionis peccatorum nõ tribuimus externis Ceremonijs, sed sacramen-

Calũniæ in Catholicos.

sacramentis potius Baptismi & Pœnitentiæ, idq; per uirtutē & meritum passionis Christi, Nec quęrimus per Ceremonias huiusmodi iustificari, probe scientes, quod meliꝰ fiāt Deoq; acceptiores sint, dū fiūt à iustificatis q̄ à iustificādis, à bonis q̄ à malis, Quēadmodū constat ex

Gen. 4. eo, quod Dominꝰ ad Abel potiꝰ & ad eiꝰ munera respexit q̄ ad Cain et eiꝰ munera. Et p Esaiam

Esa. 1. am satis aperte ręijcit Deꝰ Ceremonias peccatorū, dicēs. Ne offeratis ultra sacrificiū frustra, Incensum abominatio est mihi &c. Ipse quoq;

Matth. 5. dominꝰ iubet priꝰ recōciliari fratri anteq; offerat ad altare munꝰ. Tua autē distinctio de Ce-

Mala distinctio de Ceremonijs. remonijs Adiaphoris seu indefferētibꝰ et alijs cū uerbo Dei pugnātibꝰ, ut noua est et recens à lutheri secta excogitata, ita et superuacanea est atq; prsus inutilis, Nullę.n. sunt in Ecclesia Catholica Ceremonię approbatę, quę cum uerbo Dei pugnēt, Nec tu poteris cōtrariū unq; probare. Quas aūt Adiaphoras dicis (Quales sunt inquis, ferię quędā et dies pro uerbo audiēdo à patribꝰ instituti, Itē ieiunia, uestitus Ecclesiastici, statę horę in quibꝰ fiunt cœtus piorū) pessime describis, dum doces, ut solūmodo propter politicū aliquē finem fiant, unde rudiores discāt audire uerbū, sacramentis uti, & publicam tranquillitatem seruare, sed non obligent conscientiam, neq; sint cultus Dei, Hæc autem tua sententia maxime repugnat proprio & principali fini Cerimoniarum, quia omnes in honorem

norem et cultũ Dei uenerationẽq; sanctorũ instituũtur, Si autẽ propter aliũ finẽ instituũtur utpote uel propter crapulã, uel propter uanam gloriã et nominis ꝓprij memoriã, ut inde institutor uideri aut laudari ab hominibꝰ uelit, iã ꝑuersus est finis, ꝑuersa itẽ ratio Ceremoniarũ, & potiꝰ pompę mũdanę quã Ceremonię Ecclesiasticę dici merent, eo q̄ nõ ꝓpter Deũ, sed ꝓpter homines uideant instituię. Quod aũt obijcis nobis decretũ Apł'orũ de abstinẽdo à sanguine et Idolothyto, q̄si noluerint Apł'i ꝑ illud obligari cõsciencias, q̄ homines sine cõscientię offendiculo transgredi potuerint, eo q̄ cõscientias nõ onerarit, Ideo nihil ꝑiculi sit si omittetur. Hanc tuã sentẽtiã esse falsam, manifeste cõuincit ipse textꝰ Decreti, Qui sic habet, Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris quã hęc necessaria, ut abstineatis &c. Hæc duo uerba, Oneris & Necessaria, plane ostendunt, falsam esse sententiam tuam, quauis, nihil oneris fuisse conscientijs, neq; necessarium fuisse, decreto huic obedire fideles illo tempore. Pessime igitur decipitis hodie populos uestros ô Lutherani Concionatores, dũ ex hoc Apostolorum decreto docetis, non esse peccatum, transgredi Ecclesiæ præcepta ueteresq; obseruationes & consuetudines, Vnde sceleratum & peccatis plenum induxistis publice contemptum, festorum, Ieiuniorum & aliarum consuetudinum Ecclesiæ, Dum

Præcepta Ecclesiæ ligant etiam cõsciẽtias.

Act. 15.

grauissimo cū scādalo ꝓximorū, qui Catholici adhuc sunt, populi uestri per totam Quadragesimam perq; omnes Ieiuniorum dies publice uescuntur carnibus, & per festa Beatę Virginis & Apostolorū seruiliter laborant in agris & domi in officinis & ergasterijs opificum & artificum. Neq; tamen difficile mihi fuerit, hāc impiam & scandalosam temeritatem uestram ex proprijs uerbis tuis redarguere.

1. Cor. 14

Redargutio ex uerbis proprijs.

De talibus (inquis) docuit Apostolus dicens, Omnia decenter & secundum ordinē fiant in Ecclesia, Et est impossibile, nos talibus ritibus in hac uita carere posse. Requirit .n. illa, loca, tēpora, personas certas, officia, usum creaturarum & rerum quarumuis externarum. Ex quibus constat decorum quoddam Ecclesiasticum, omnibus bonis, probandum. Nam si decorum in ciuili uita & hominum consuetudine negligere quisq; uolet, stultus potius q̄ ratione prędictus, & brutum rectius q̄ homo dicendus fuerit. Itaq; si quisq; illud in Ecclesiastica politia prętermittere uoluerit, nō solū cōtra hōestatē, sed ꝙ hac maius est, contra Charitatē Christianam fecerit. Eam ob rem dixit Apostolus, Deus non est contentionis auctor sed pacis. Propterea quoq; ordinauit, ut mulieres in Ecclesijs sileāt, et potius domi suos uiros interrogent. Et infra, Perturbat (ais) is ordinem & tranquillitatem Ecclesiæ, qui sua ductus peruicaci temeritate, pręfigit sibi alios

Ib. & 1. Tim. 2.

dies,

dies,alias horas audiendi Euangelij,quibus nō solet fieri cœtus Ecclesiasticus. Et rursus. Vt ergo uitentur scandala,& ne turbemus ordinem bonum,& tranquillitatem utilem Ecclesiæ,cauendum est, nequid temere contra huiusmodi ordinem,qui Deo placet,attentemus. Addis et Augustini atq; Ambrosij dicta in eandem sententiam. Quam & Nicenæ Synodi autoritate confirmas,quæ iussit,ut quælibet Ecclesia ueteres suos ritus retineret. Ex his itaq; sequitur, uos in abolendis ueteribus Ecclesiæ ritibus manifeste agere contra Paulum, contra Augustinum & Ambrosium, contra Nicenam synodum. Item contra honestatem,contra decorū, contra Ecclesiæ tranquillitatem, contra ordinem atq; etiam contra charitatem Christianā. Vt iterum proprio Iudicio teipsum condemnes,& ex ore tuo proprio iudiceris seruus nequam.

Calumnia in Ceremonias.

De alijs uero Ceremonijs,quas calumniaris & falso dicis eas cum uerbo Dei pugnare, tam prolixa est tua uerbositas per sex ppetuo Quaterniones,ut molestissimum mihi fuerit,totam perlegere. Neq; tamen in longissimis nugis illis ullum ostendis scripturæ locum, quo prohibeantur huiusmodi Cerimoniæ,benedictiones inquam & consecrationes salis, aquæ, cereorum,Palmarum,templorum, altarium, uasorum,uestium sacerdotalium &c. Si ergo Deus eas nusquam prohibet. Cur tu eas prohibere

 præ

præsumis? si conuiciari liberet, dicerem hic in te ea, quę Lutherus tuus iā olim amarulentissi- me dixit in Carolstadiū & cōplices eius, quos cœlestes Ironice prophetas uocabat, ij enim cū simili uæsania prohiberent Baptismum & Eu- charistiam Sacramenta uocari, eo quod nus- quam in scripturis sacramenta uocantur. Ille in eos iratus insurgens Teuthonice ait, O Chri sticidæ, o Animicidæ dicite mihi, ubinam De- us prohibuerit ea sacramenta uocari. Quo uos ausu sacrilego prohibetis ꝙ Deus ipse nusquā prohibuit? Nunquid sapientiores aut maiores Deo estis? Habeo & aliud generale aduersus hanc tuā prohibitionē Lutheri telū, quod ille in Anabaptistas emisit pro asserendo paruulorū baptismo. In hæc sane uerba ex Teuthonico translata. Nihil debet subuerti aut mutari, nisi quod claris scripturis subuerti aut mutari po- test. Est enim Deus mirabilis in operibus suis. Quicquid habere non uult, hoc satis testatur in scripturis. Quod autem ibi non testatur, hoc permittatur tanquam opus eius. Vbi enim cō spicitur opus Dei non minus cedendum & cre dendum est, quam ubi auditur eius uerbū. Cū igitur Deus nusquam prohibeat in scripturis, salis & aquæ aliarumq́ rerum benedictionem seu consecrationem, sicut nec paruulorum pro hibet baptismum, Impie nimirum prohibes tu Moibane ueteres illas Ceremonias, sicut prohi bent Anabaptistæ baptismum paruulorum.

Redargutio ex uerbis Lutheri.

Potest

Poteſt & Tertium Lutheri cōtortū in Anabaptiſtas telū in te quoq; torqueri. Vbi ex facto arguit, q̄ niſi Deo placeret paruulorum baptiſmus, non tamdiu tolerasset eū in ſua Eccleſia. Ita & ego tibi dixerim. Niſi Deo placerēt illæ ſalis & aquæ aliarumq; rerum cōſecratiōes, nō tamdiu eas in Eccleſia tolerasset. Cū igitur ipſe fatearis, à temporibus uſq; Alexandri primi Papæ & Martyris, Aquæ benedictionē & aſperſionē, hoc eſt ultra Mille Quadringentos annos, In Eccleſia fuiſſe, cōuinceris ex ipſo facto, q̄ nō diſpliceat Deo. Nō eſt .n. credibile, q̄ Deus in ſua Eccleſia tā impiā & erroneā Idololatriam & Satanæ operationem, ut tu dicis, tot ſæculis p̄miſiſſet, & tot Martyres ſuos in Idololatriç ſcelere perire ſiuiſſet. Potes deniq; ex proprijs quoq; uerbis tuis cōuinci. Quippe qui Ioannem Turſonē claræ memoriæ Epiſcopū olim Vratislauiēſem multis p̄conijs extollens aſſeris ipſum fuiſſe hoſtē oīs Idololatriæ et ꝓphanatiōis noīs Chr̄i. At is ꝑpetuo tolerauit in oībus Dioceſeos ſuę Eccleſijs ſalis et aq̄ aliarūq; rerū bn̄dictiōes. Ergo iniuſte uocas eas Idololatriā, ſupſtitionē, et ꝓphanationē noīs Chr̄i. Si.n. diſplicuiſſent ei, potuiſſet eas tā facile ꝓhibere q̄ ꝓhibuit ſupſtitionē plebis circa imaginē Beatæ Virginis hic in Monaſterio S. Dorotheę, uti refers. Qua igit̄ impudētia dicis eas pugnare cū uerbo dei, cū nullū p tot Quaterniōes tuos ꝓferas uerbū dei, cū q̄ pugnēt. Quāuis .n.

Ioannes Turſo Episcopus.

primo

primo loco obijcias illud uerbum Christi. Qui
me erubuerit & sermones meos. Ego tamen su-
pra mox dilui hanc obiectionem, quia nos in
Ceremonijs illis nequaquā erubescimus Chri-
stum & sermones eius, per cuius nomen res illę
1.Tim.4. sanctificantur. Quod autem sanctificari queāt,
Consecra- clarissime testatur Apostolus, dicens. Sanctifi-
tiones a- cantur enim per uerbum Dei & orationē. Tu
quæ salis, contra, si potes, ostende nobis unicum saltem
uestiū, etc. scripturæ locum, qui afferat, eas res sanctifica-
ri nec posse nec debere. Nos autem multa ha-
bemus scripturæ loca, per quę & sanctificatio-
nem & uirtutem eiusmodi rerum consecrata-
Leuit. 8. rum probare possumus. Etenim in cōsecratio-
ne Aaron summi sacerdotis posuit Moyses su-
per caput eius Cydarim, & Laminam auream,
consecratam in sanctificatione, sicut præcepe-
rat ei Dominus. Hic habes consecrationem,
sanctificationem & uerbum Dei. Sic mox sub-
iungitur ibidem. Cumq; sanctificās aspersisset
1.Reg.21 altare septem uicibus, unxit illud & omnia ua-
Matth.12 sa eius, labrumq; cum basi sua sanctificauit o-
leo. Sic & panes ꝓpositionis sanctificabantur,
atq; etiam Christo teste non licebat ex eis man
ducare nisi solis sacerdotibus. Sicut & Paulus
Heb.9. ad Hebræos ait. Propositio panum quæ dici-
tur sancta. Si ergo licuit res quasdam sanctifica
re in cultu legali, multo magis hoc licebit in
1. Cor.3. cultu Euangelico, Iuxta illud Apostoli ad Co-
rinthios. Nam si ministratio damnationis in
gloria

gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est.

Ad hæc uero respondes tu hic, quod Ceremoniæ nostræ non habeant mandatum Domini, sicut habuerunt Ceremoniȩ ueteris legis. At hoc satis mandati est, quod Christus iubet nos audire Ecclesiam, & Paulus. Obedire prȩpositis nostris. Item. Quæcunqꝫ dixerint uobis facite. Item. Qui uos audit, me audit. Qui uero uos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui misit me. Non enim opus est expresso in scripturis mandato, sicut tu falso doces. Quoniam non omnia scripta sunt, quæ Christus ore tradidit, & quæ Paracletus suggessit Apostolis. Dic mihi, si potes, quo scripturȩ mandato festum agimus Diem dominicum, Natalem Christi, Stephani, Ioannis &c. Rursum eludere cupiens, ais. Ceremoniæ illæ apud Iudæos non purificabant coram Deo, sed tantum coram hominibus. Nostræ autem neque coram Deo necqꝫ coram hominibus purificant quenquã cum careant mandato diuino. Hæc quidem dicis, sed nihil probas. Quod autem utrobiqꝫ coram Deo quoqꝫ sanctificauerint homines, ex scripturis probari potest. Ait enim Dominus ad Moysen. Sacerdotes non radent caput nec barbam, necqꝫ in carnibus suis faciẽt incisuras. Sancti erunt Deo suo, & non pollu-

Matth. 18 *Heb. 13.* *Matth. 23* *Luc. 10.* *Iohan. 21.* *Leuit. 21.*

1.Tim.4. ent nomen eius. Et Paulus ad Timot. Noli ne-
2.Tim.1. gligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Item. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum.

At rursum obijcis, dicēs, Iudæorū & legis Ceremonię erāt ꝓgymnasmata quædā, immo potius umbrę futurorū in Chr̄o Iesu Dn̄o nostro, post quē nō est q̄renda alia purificatio, Lustratio et peccatorū absterſio. Adhęc dico. Sicut ueniente Chr̄o cessauit lex uetus et incepit noua,

Ceremoniæ nostræ per traditiões Apostolorum.

Ita et abolitis antiq̄s ceremonijs, nouæ successerunt ꝑ traditiones Apostolorū. Quarū bonā partē docte et religiose ac luculent̄ descripsit S. Dionysius Areopagita Pauli Ap̄li & Ioannis Euāgelistę discipul9, In libro de Hierarchia Ecclesiast. Et eiusmodi traditiōes nō nisi blasphe me et impie dicunt̄ humana īuenta & satanæ opatiōes, cū sint opa Chr̄i et sp̄us sc̄ti, qui cum Ecclesia manēt oībus diebus usq; ad cōsumma
Leuit.20 tionē sæculi. Sicut igit̄ in ueteri lege ait Dn̄s. E-
Iohan.17 go Dn̄s q̄ sanctifico uos. Ita et in lege noua ait Chr̄us ad patrē. Pater sc̄tē serua eos in noīe tuo quos dedisti mihi, ut sint unū sicut & nos. Sanctifica eos in ueritate. Et ꝓ eis ego sc̄tifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Sed adhuc audacius obstrepens, ais. Quod si Ceremonię istę nr̄æ olim diuiuo mandato fuissent institutę (q̄ minime uerū esse dep̄hendimus) tn̄

post q̄

postq̃ uēritas Iesus Chr̄us orbi innotescere cœpit, unacū Iudæorū Ceremonijs erāt abrogandæ. Quid .n. nō cederet ueritati? His pfecto iā nō opus erit (inqs) cū solus Chr̄us declaratus sit pdicatione Euangelij dn̄s oīm potestatum et principatuū in cœlo et in terra. Sed dic quęso Moibane, qua tu autoritate abrogare uelis Ceremonias diuino mandato institutas. Cū scriptū sit, Verbū Dn̄i manet in æternū? Nunqd Chr̄us nunc primū orbi innotescere cœpit? At memini Hieronymum hæretico cuidā dixisse. Noli me docere quod CCCC. annis ignorauimus. Quare & tibi nō iniuste dicere possumus. Noli nos docere q̄ M.D. annis ignorauimus. Nolumus nouū agnoscere Chr̄m, sed eū retinemus et colimus quē docuerūt nos Ap̄li, sc̄ti patres et generales Synodi, Cui Ceremonias n̄ras cedere nihil est necesse, qa nō sunt cōtra ipsum, sed in laudē gloriā & honorē atq; memoriā eius institutę, et suā ex ip̄o uirtutē habere credūt.

Esa. 40.

Nouus Christus apud se ctas.

Fortius aūt obijcis argumentū de Chr̄o, dicens. Sed ut simpliciter de ijs loquamur, proponendus est nobis Christus, Qui est unica uictima à patre cœlesti pro nobis data in mortem, qua expiata sunt, deleta, & occisa p mortē ipsius peccata omnium hominum. Quod si certi sumus in conscientijs nostris, solum Christum esse dominū cœli & terræ & omniū quæ in eis sunt, hoc est, Satanæ, omniū Diabolorū, potestatum inferni, omniū calamitatū, malorū, tempesta-

tempestatum, fulminum, tonitrui, præstygiorum, peccatorum et errorum, quos serit Satan. Ergo ad ipsum solum, & non ad creaturas & Ceremonias salis, aquæ, herbarum, cereorum, palmarum, refugium habere debemus &c. Omitto hic Moibane, breuitatis gratia nubes allegationum tuarum, quas interseris. Cum minime sint necessariæ. Nos enim Christo, Domino & Deo nostro, qui utiq; omnipotens est, nihil detrahimus, & gloriam atq; uirtutem eius per omnia & in omnibus saluam & præsuppositam uolumus. Ad conclusionem autem argumenti tui (quam egomet ex dictis tuis informibus & cõfuse propositis intuli) dico breuiter. Nos quoq; uere & ex animo cum Psalmista dicere, Deus noster refugium & uirtus, & cætera quæ allegasti. Ad benedictas autem herbas, palmas, cereos, aquas &c. contra pauores ingruentes cõfugimus, tanq; ad res per nomen Christi consecratas, quę nõ ex natura sua, sed ex ui consecrationis & ex Inuocatione nominis Christi uim habent propellendi aduersa. Est ergo Christus principalis propulsator malorum & principale refugium nostrũ. Res autem in nomine eius consecratæ, sunt nobis uelut instrumenta quædam corporalia diuinæ & inuisibilis uirtutis, quam per ea in Christo cognoscimus. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi (inquit Apostolus) per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

Quomodo ad res consecratas confugimus.

Rom. 1.

Vtimur

Vtimur igitur huiusmodi rebus cõsecratis, non tanquã dijs,(sicut tu nobis falso imputas propterea Idololatriã) sed tanq̃ creaturis corporalibus per uerbũ Dei & orationẽ sanctificatis, quibus supnaturaliter per uirtutem benedictionis inest uis quædam ad sanctificandũ aut sanandũ nos & ad propulsandum pericula. Neq; hoc absurdũ aut impium uideri debet, Quandoqdẽ & in scripturis tũ ueteris tũ nouę legis inuenimus quibusdã rebus corporalibus supnaturaliter & diuinitus inditas fuisse quosdã uirtutes, quas ex natura sua nequaq̃ habebant. Verbi gratia. Aaron tenẽs in manu uirgam, percussit puluerem terræ, & facti sunt scyniphes in hominibus & iumẽtis, omnis puluis terræ uersus est in scyniphes per totã terrã Aegypti. Quod cũ malefici facere nõ possent, dixerunt ad Pharaonẽ. Digitus Dei est hic. Ecce digitus Dei erat, nõ naturalis uirtus uirgæ, per quam & multa alia legũtur facta esse supra naturæ uires miracula. Itẽ Oleum unctionis iussit fieri Deus, quo sanctificabantur Aaron et filij eius, ut sacerdotio (inquit) fungantur mihi. Sic & in aqua, quæ propter Zelotipiã suspectę dabatur mulieri, supernaturalis erat uirtus probationis per execrationem sacerdotis. Sic & in serpente æneo fuit super naturalis uirtus sanandi eos qui à serpentibus erãt percussi. In nouo quoq; testamento reperimus multas res corporales, quibus supernaturalis uirtus quædã fuit

Non est in Ceremonijs nostris Idololatria.

Exod. 8.

Supernaturalis uirtus in rebus consecratis.

Exod. 30.

Num. 4. & 21.

indita, ad efficaciter operandum & sanandum.
Matth. 9. Quales fuerũt, fimbria uestis Dñi, ad cuius ta-
Iohan. 9. ctũ sanata fuit mulier fluxũ sanguinis patiens.
Item lutũ ex sputo quo illuminatus est cæcus.
Act. 5. Item p manus Apostolorum fiebant signa et pro
Act. 19. digia multa in plebe. Adeo ut etiã umbra Petri prætereũtis multos sanauerit in firmos in plateis expositos. Per manũ quoq; Pauli quaslibet faciebat Deus uirtutes non modicas, ita ut etiã sup languidos deferrent à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spũs nequã egrediebant. Sic ergo & in Ceremonijs nr̃is nõ attẽdimus naturalẽ sed supnaturalem uim salis, aquæ, herbarum &c. quã habent per cõsecrationem ex Inuocatione nominis Christi. Ideoq; uim illam nõ à se sed à Christo habent. Quemadmodũ testat S. Ambrosius, sup Lucã, ubi Dñs ait. Si habueritis fidẽ, sicut granũ synapis &c. hoc (inqt) pro uirtute fidei possibile iudicam9, ut sensibilibus Imperijs natura insensibilis obsequat. Quare supuacanea est oĩs allegatio hic tua, qua te ostẽtas, tanq̃ ad populũ phaleras. Nos. n. Christũ in omnibus illis rebus p principali operatore habemus, agnoscimus ac ueneramur. Chr̃us aũt, cũ sit oĩpotens, posset utiq; p seipsum immediate oẽm uirtutẽ facere, et corda hominũ ad se cõuertere, sed quoniã bonus est, immo summe bonus ac minime inuidus, cõmunicat uirtutem suam multis creaturis. In qbus & p quas operat.

Amen

Amen amen (inqt) dico uobis,q̃ credit in me, opera quæ ego facio,et ipse faciet,et maiora ho rum faciet,qa ego ad patrẽ uado. Diabolus au tem dedit in os & calamũ oĩm Lutheranorum has uoces. Solus sola solũ, quibus importune abutẽtes,totã religionẽ nostrã conturbãt,et po puli fidẽ atq; deuotionẽ tollũt aut cõfundunt, dum clamitãt. Sola fides iustificat. Solus Christus à morte & à peccato liberat. Solus Christus inuocandus est qa solus iuuare potest &c. Reijcientes p hoc,bonorũ operũ merita,fructũ operũ penitentię,Missas,Inuocatiões sanctorũ, Quinq; sacramẽta,Cõsecratiões salis,aquę,herbarũ &c.dũ sic neqter & importune adijciunt uoces exclusiuas,p quas sane excludũt à Chr̃o summã bonitatẽ,p quã ille multa creaturis cõmunicat,q̃ alioq per seipm bñ facere aut opari posset.Quo sane Diaboli astu fit,ut dũ illi peruerso glorię Chr̃i zelo agunt,Chr̃m p contemptũ sctõrũ & sacramentorũ atq; Ceremoniarũ maxĩe offendũt, inhonorãt & gloriã eius obscurãt.Qđ utiq; nõ fieret,si aut uocibus exclusiuis nõ ita abuterent,aut saltẽ recte intelligerẽt et distinguerent,ut salua maneret coĩnio sctõrũ & coĩcatio uirtutũ q̃s Chr̃us suis sctis et rebus cõsecratis in noĩe suo imptit. Qñ igit dicis hic, Moibane. Solus Chr̃us est dñs cœli & terrę & oĩm q̃ in eis sunt,tẽpestatũ,fulgurũ, tonitruorũ &c. Ergo ad ip̃m solũ,nõ ad sctõs,nõ ad consecratas aq̃s,herbas aut cereos cõfugiẽdũ est. Ad

Iohan. 14

Diabolicus abusus uocum exclusiuarũ.

Solus Christus.

 hoc dico,

dico, quod & nos ad solum Christum, tanq̃ ad Deum principaliter & propria uirtute agentẽ cõfugimus. Ad sanctos aũt, tanq̃ ad Intercessores, & ad palmas, herbas, cereos, tanq̃ ad res quæ inuocatione nominis Christi specialem, ultra propriam naturam, uirtutẽ per benedictionem & orationẽ sacerdotis adeptæ sunt, absq; omni superstitionis & Idololatriæ uitio, In picu-lis nostris confugimus. Cæterũ studio breuitatis nõ excutio hic omnia huius argumẽti tui uerba, quæ nouo more (qui Theologis & patribus antiqs insuetus est) incaute pfers. Quis patrum quæso aut Theologorũ uspiam sic locutus est uniuersaliter, sicut tu loqueris, p mortem Chrĩ expiata, deleta & occisa sunt peccata oĩm hominũ? Ergo ne oĩm paganorũ, Iudæorũ, Turcarũ (q Christũ blasphemãt) et malorũ Christianorũ qui hæretici aut schismatici sunt aut in fide mortua impie uiuunt in peccatis, q̃tidie adhuc mortaliter peccantes, expiata iam & deleta & occisa sunt peccata? Et mors Christi indifferens est ad oẽs tam ad malos q̃ ad bonos, & nullũ relinqt Deo & Christo Iudici ad fidẽ & opera respectũ? At rectius loquitur Ioannes Baptista, dicens. Qui aũt incredulus est filio, nõ uidebit uitam, sed ira Dei manet super eũ. Et ipse saluator ad Iudæos. Nũc uero dicitis, quia uidemus, peccatũ uestrũ manet. Et Ioannes Euangelista. Qui non diligit, manet in morte. Quis præterea patrũ dixit (ut tu dicis)

Insuetæ locutiões.

Ioh.3.
Ioh.9.
1.Ioh.3.

Christum

Christum esse dn̄m præstygiorū, peccatorum & errorū? Sunt huiusmodi sermones (quales habent libri tui multos) insueti & scandalosi, quibus non nisi in peius apud populū proficis & scādala schismatis adauges. Nec curas illud sapientis. Qui sophistice loquitur, odibilis est. *Eccle.37.*
Certe si tollas sophisticarum argutiarum fumos & allegationum haud necessariarū ostentationē, nihil pōderis aut uiriū habebit hic tuus aduersum Ecclesię receptas Ceremonias liber.

Ex his iam facile patet multarū propositionum tuarū falsitas. Falsa quippe est ista. Nullius creaturæ usus & abstinentia nos potest neq; saluare neq; dānare. Etsi .n. res inanimatæ per sese neq; saluant neq; damnant, Accedente tamē per circūstantias præcepto aut prohibitione, utiq; in peccatū aut in meritū est earū usus aut abstinentia. Verbi gratia, Fructus arboris in medio paradisi, per sese nihil nocuisset Adæ. Accedente aūt Dei prohibitione, lethaliter nocuit. Itē pecunia per sese à Dn̄o suo retenta, nihil habet mali. Retenta aūt contra uotū, Ananiæ & Saphyræ interitū attulit. Et Simoni mago in perditionē fuit. Rechabitos aūt laudauit Dominus q̄ & à uino & ab urbiū domibus abstinebant præcepto patris sui. Et Iohannes Baptista laudatur in Euangelio, q̄ uinū & sicerā nō biberit, neq; mollibus uestitus fuerit. Grandis est igitur blasphæmia tua, qua uocas una et eadē ratione operationes Satanę, Exorcismos

I. Falsæ propositiōes. *Gen. 3.* *Act. 5. 8.* *Hiere.35.* *Luc.1. 3.* *Matth. 3. & 11.*

sacerdotum & Incantationes maleficarum, &
Esaie 5. incurris per hoc maledictionem Dei, quã per
2. Cor. 6. Esaiam pronunciat, dicens. Veh qui dicitis bonũ malum & malum bonũ. Et cõtradicis Apostolo, dicenti. Quæ cõuentio Christi ad Belial, &c.
II. Item ista propositio. Omnes creaturæ tantum nobis propositæ & datę sunt ꝑpter præsentis uitę necessitatẽ. Huius falsitatẽ conuincit aqua Baptismi, quæ utiq; creatura est, & tamẽ nobis est ad uitam æternã necessaria, sicut testatur Christus ipse dicens.
Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sctõ &c.
III. Itẽ ista. Multi adhuc hodie ædũt horrendissima Idololatriæ spectacula, q neglecto Christi nomine & brachio, Satanę opponi iubent umbras & spectra quędam inania consecratarum herbarum, palmarum, aquæ, cereorũ & ossium. Num id fiere potest, absq; immani cõtumelia nominis Christi? Quod .n. illius nomini tribuendũ erat, id creaturis illis incantatis adscribitur, nẽpe aquæ cõsecratæ & aliis plane mortuis Idolis & operibus. Hæc tua Moibane propositio, ut falsa est, ita & maledica, blasphæma & calumniosa. Falsa inquam, q Ceremonias nostras uocat umbras & inania spectra, & per hoc etiam maledica, Blasphęma item, quod consecratas & benedictas per nomen Domini Iesu Christi herbas, cereos, aquas &c. uocat incantatas. Quemadmodum & Lutherus blasphæme scripsit ad Vualdenses, nos diuinitatem Christi incantare

in Eu

In Euchariſtiam. Calumnioſa denicꝫ quod ais nos talia facere, neglecto Chriſti nomine & brachio. Hoc enim nequaquam uerum eſt. Quoniam ſicut per nomen Chriſti conſecratæ ſunt à ſacerdote huiuſmodi creaturæ. Ita credimus uirtutem, quam aduerſus ſatanam & eius operationes habent, non eſſe ex ipſarum natura ſed ex brachio & fortitudine Chriſti, ut principale in ijs agens ſit uirtus & brachium Chriſti. In cuius nomine res illæ ſunt conſecratę. Itē iſta propoſitio. Cur igitur ex creaturis Deos nobis facimus? Cur ad palmas, cur ad aquam luſtralem confugimus? Sunt ne Dij? Dominus ſolus remittit peccata, nō aqua ab illis nos purgat, Dominus ſolus fugat dæmones, non palmæ conſecratæ atcꝫ herbæ. Hic quocꝫ calumnioſe agis Moibane & inſidioſe. Nos enim ex creaturis Deos nobis non facimus. Quod autem dicis, ſolus Deus remittit peccata. Solus Deus fugat dęmones. Inſidioſe dicis. Quia in uno ſenſu eſt uerum, in altero falſum, Verum quidem in hoc, quod propria uirtute & principaliter ſolus Deus hæc facit. Falſum uero in hoc, quod prçter Deū nihil aliud ad iſta cooperari queat. Hæc. n. falſitas ex ſcripturis cōuincitur. Nam Chriſtus ipſe ait Apoſtolis. Quorꝫ remiſeritis peccata, remittūtur eis. Et de Eleemoſyna ait Tobias. Quoniā Eleemoſyna ab omni pctō & à morte liberat, ſic & Daniel ait ad regem Nabuchodonoſor. Peccata tua

IIII. *Solus Deus remittit peccata.* *Iohan. 20.* *Tobie 4.*

eleemosynis redime. Remittuntur igitur pecca
ta à Deo quidē principalit̄,à sacerdotibus aūt
ministerialiter,& p̄ eleemosynas instrumentā-
liter uelut per quædā ꝓpitiationis instrumēta.
Sic et dęmones fugantur tū probatis ab Eccle
sia exorcismis,sicut testatur Christus,dicēs. In
Marc. 16. nomine meo dæmonia ejciēt. Tū consecratis
in nomine Iesu creaturis quibusdā,& signo cru
Lib. 6. cis. De quo p̄clarum refert testimonium Histo
cap. 1. ria Tripartita,ubi Iulianus Imp̄ator Apostata,
euocatis arte magica dæmonījs,repente corū
aduentu territus signauit se signo crucis,per q̄
Tob. 6. dæmones ab eo fugerūt. Et in Tobia manife-
ste affirmat Raphael Archangelus de pisce ex-
enterato,q̄ cordis eius p̄ticula,si sup̄ carbones
ponat̄,fumo suo extricet seu effuget oē genus
Calumnia dæmoniorū. Eadē procacitate subiungis mul-
in sanctos ta cōtra sanctorꝝ inuocationē eorūq; reliqas et
merita. Quasi sit cōtemptus et abnegatio Chri
sti oīm maxima. Quoniā uero hęc cōtra sc̄tōs
Dei impietas iā olim à Hieronymo cōtra Vigi
lantiū docte & copiose cōfutata est, Et præsen
tis ꝓpositi hæc quæstio nō est,cōsulto eam hic
omitto,q̄ alibi defendi,et unius Hieronimi Au
gustiniue aut Ambrosij (qui de sanctis multa
præclare scripserūt) defensio,cōtra oīm Eccle
Benedi- siæ aduersariorū importunas obiectiones et ca
ctio herba uillationes nobis Catholicis satis ualida esse
rum. debet. Deinde rursus cōtra herbarū benedictio
nē inuehens ais. Eos à Dn̄o ad hoc tm̄ benedi-
ctas

ctas esse, ut eis ad necessitatē nostrā uteremur, nempe ut sit nobis in escam, non aūt in refugiū cōtra tēpestates, aut in usum cōtra spūs, sed ubi legisti quæso, ad escas tantum eas à Deo benedictas esse? Aut ubi prohibitum legisti sacerdotibus, ne per nomen Christi herbas benedicerent? Cur non possint herbę per uerbū Dei & orationem sanctificari? Quas in contrariū profers scripturas? Quod autem ais, Deus ait ut sint uobis in escam, Non ait, in refugium in tempestatibus, Vanum est argumentū ab autoritate negatiue. Non enim ualet, Sint uobis in escam, ergo nō in medicinam, non in recreationim sensuum nec in multiplices utilitates alias, quas homines ex eis capiunt. Et eadem ratione posses dicere contra diem festum Natalis Christi & contra alia Ecclesiæ festa, ꝙ Deꝰ nusꝗ in scripturis de ijs præceperit, ergo obseruari nō debeant. Si incenso iecore piscis per Tobiam, consilio Raphaelis, fugabatur dęmonium, Cur non possit per herbam aut aquam, quæ per nomen Christi & orationem benedicta est, dæmonium fugari? Quod igitur dicis Satanam non expelli suffimentis herbarum aut aqua incantata, procaciter contra Exorcistarum multa experimenta dicis. Et eadem facilitate cōtemneris nude pronuncians, qua tu contra certā multorū experientiam loqueris.

1. Tim. 4.

Tob. 6.

Quod autem Exorcismos Ecclesiæ irrides, signum est, quod ne modicæ quidem es fidei, Si enim

In Lutheranis nul-

fides. Si enim ulla in te esset fides, possemus tibi dice-
Matt. 14. re, Modicae fidei quare dubitasti? Quoniam
uero non dubitas, sed plane & simpliciter ac ab
solute negas, tanquam frater factus sis Iuliani
Apostatae, qui omnia Christianorum sacramen-
ta mysteriaq; perfide abnegauit. Obijciam ti-
bi ex Euangelio illud Christi, Amen dico uo-
bis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, di
Ib. 17. cetis monti huic, transi hinc & transibit, & ni-
Luc. 17. hil impossibile erit uobis. Item. Si habueritis fi
dem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori
moro, eradicare & transplantare in mare, &
obaediet uobis. Si ergo mons aut arbor, ubi
nec auditus neq; intellectus est, uirtute fidei no
bis obedit, Multo credibilius est (quod & com
plurimis Exorcistarum, ut dixi, experimentis
compertissimum habemus) quod daemones,
qui uerba nostra intelligunt, cogantur uirtute
fidei, quam in Christum & eius uerba habemus
nobis obaedire. Non enim potest mentiri ipsa
ueritas, quae ait. Si manseritis in me, & uer-
Ioh. 15. ba mea in uobis manserint, quodcunq; uolue
ritis petetis & fiet uobis. falsissimum est igi-
tur. quod ais, Benedictiones & Exorcismos
nostros nihil aliud spirare quam cultum Ido-
lorum, Christi contemptum, & uerae fidei ex
tinctionem. Quia fidem maxime desyderant
& sine ea nihil ualent, falsum & hoc, quia à fi-
lij Dei cognitione nos abducant, quia per
nominis eius inuocationem uirtutem accipiunt, et
sine

fine eius commemoratione neq̃ dicuntur neq̃ exercentur. Quando igitur quæris, An nō sit hoc Christi sanguinem contumelia afficere, si aqua et sal remissionem peccatorum afferūt? Respōdeo, Nequaquam. Quia nusquam scriptum est, quia solus sanguis Christi remissionem peccatorum afferat. Et si scriptum reperiretur, intelligi deberet commode, ne aliis scripturis contradiceret, sicut supra dictum est, De ea propositione, quam obiiciebas, Solus deus remittit pctā. Nisi. n. & ista cōmode intelligat, cōtradicet huic tuę, Solꝰ sanguis Christi remittit pctā, Quia sanguis Christi nō est Deꝰ, Neq̃ tamē dicitur sali aut aquę in Exorcismo, Vt remittas nobis pctā nostra sicut tu calūniaris, sed dicitur, Vt sis in remissionē peccatorū. Quod nos de uenialibus peccatis intelligimꝰ, ad quorum expiationem cōducunt res illæ consecratæ, non quidē per propriā naturę suę uirtutem sed per fidem in Christū & per nominis eius Inuocationē, Idq̃ faciunt nō ut principale agens sed ut Instrumenta quædam, sicut aqua baptismi Instrumentum est, quo Deus abluit & remittit omnia peccata. Originale, mortalia et uenialia. Meræ igitur sunt calumniæ, quas hic ingeminas, & insultando interrogas, dicens. Nonne est hic fœdissimus Idolorum cultus? Qualia sunt hæc portenta? Num digna Episcopo &c. Tu profecto potius portenta contra Ecclesiæ pietatem & fidem scribis. *sal et aqua in remissionē peccatorum.*

Quæris

Quomodo Crucis signũ & imagines adorãtur.

Quæris item. Vbi iusserit Dominus Crucis lignum & imagines diuorum adorare, & quis docuerit, ut coram illis genua flecterentur. Et respondes demoniorum doctrinas id docuisse. Sed hæc tua potius ex Dæmonio est responsio, quo sic blasphæmas aduersus Ecclesiam Dei, quæ nos docet sic facere, dicens, Adoremus Crucis signaculum, per quod salutis sumpsimus sacramentum. Et hoc signũ erit in cœlo, quando Christus ad iudicandum uenerit, Si ergo tunc uirtutes cœlorum commouebuntur (ut ait ipse Dominus) quando parebit signum filij hominis in cœlo, ubi quæso stabitis aut parebitis tunc coram illo signo uos Lutherani, qui lignum crucis dominicæ blasphematis, & non exaltandum aut reuerenter hominibus ostendendum sed nouem cubitis subtus terram abscondendum (ut uester crocitat impie Lutherus) esse censetis. Honor autẽ (quẽ nos sanctę Crucis et Diuorum imaginibus exhibemus) non fit illis imaginibꝰ secundum se, ut sunt ligna aut lapides aut metalla, sed secundum quod Christum & sanctos eius representant, quibus talis honor debetur. Qui eis proculdubio acceptior est quam esse potest scelerata & furiosa impietas uestra, per quã & Crucifixi imagines è stratis & uijs publicis nequiter & impie surripitis & conciditis, sanctorũ que imagines è templis eijcitis atque comburitis. Quod si Theodosiꝰ Imperator iuste iratꝰ fuit

Matt. 24.

Luth. in scr.

toti

toti Ciuitati Antiochenæ (ſicut in ſuis home
lijs Antiochiæ habitis teſtatur S. Chriſoſto⸗
mus)propter unum paucorũ facinus,qui uxo
ris eius imaginem ſeu ſtatuã deiecerant in pub⸗
lico, Qualis quæſo,& quanta manebit uos ira
Dei ,quando ſignum filij hominis pro nobis
crucifixi apparebit in cœlo, qui tot imagines
Crucifixi cõtumelioſe deieciſtis ,diſſecuiſtis,fre
giſtis,combuſſiſtis.

Campanarum benedictio.

Ais amplius. Omitto hic Campanarum cõ⸗
ſecrationem & tinctionem,Qua ceremonia nõ
ſolum in Dei præceptum(quod eſt de non co
lendis idolis)uerum etiam in ſacroſanctũ Bap
tiſmum impingitur. At nos neq; idola ex cam
panis facimus, nec eas proprie baptizari dici⸗
mus, ſed in honorem Dei & ſanctorum eas cõ
ſecramus,aquæ benedictæ aſperſione, & per
uerbum Dei atq; orationem ſanctificamus,cer
ta fide orantes,& à Deo per Ieſum Chriſtum
dominum noſtrum petentes , ut ſonitus carũ
depellat tempeſtates,ne frugibus noceant,Idq;
facimus firma in Chriſti promiſſiones fide.Ip⸗ *Ioh.16.*
ſe enim infallibiliter promiſit , dicens . Amen
amen dico uobis, ſiquid petieritis patrem in *Ib.14.*
nomine meo, dabit uobis , Petite & accipietis
Item,Quodcunq; petieritis patrem in nomine
meo,hoc faciam,ut glorificetur pater in filio.
Item Siquid petieritis me in nomine meo, hoc
faciam. Tu igitur Moibane, qui tales oratio⸗
nes conſecratorias reijcis,non uis,ut glorifice⸗
tur

tur pater in filio, Iure igitur nullam habebis cū filio partem, nisi resipueris Rursum stringis in nos uelut gladium bis acutum maledicentię tuæ linguā, & ais. Sed quia norunt omnes scripturæ iudicio utentes, superstitionem esse omnium maximam, dicere, lapides et ligna esse Ecclesiam, quam interim illi occupatissimi consecrant, nō libet id pluribus persequi. Et post pauca, Numquid lapides (inquis) & ligna promissionem regni Dei habent ullam? Cur igitur dicitur Ecclesia? Nisi ipsi lapides essemus, lapidibus nomen Ecclesiæ nunq; adscriberemus. Itane Moibane omnium maxima est superstitio, si quod uerbum improprie a nobis accipiatur? si continens accipiatur pro contento aut econtra? At permittunt hoc omnes Grāmatici Qua igitur ratione ac autoritate tu id nobis ꝓhibes? At Ecclesia Christi domos Deo sacratas uulgo Ecclesias dixit semper, à temporibus usq; Apostolorū. Etenim sic ait Clemens Papa & Martyr. S. Petri discipulꝰ et successor, Ecclesias diuinas per congrua et utilia facite loca quæ diuinis precibus consecrari oportet, et nō à quoq; grauari. Item. Higinus Pꝰpa. Si motū fuerit altare, Ecclesia denuo consecretur. Si parietes mutantur, & non altare, salibus tantum exorcizetur. Si homicidio uel adulterio Ecclesia uiolata fuerit, diligentissime expurgetur & denuo consecretur. Constituit hęc Higinus iste non heri aut nudius tertius sed ante annos M. cccc. Ec

Quomodo Templa dicuntur Ecclesię.

De consecra. dist. 1. c. Ecclesias.

Ibi c. Si motum.

ecce, Et post eum sic statuisse legitur Nicenum concilium, Ecclesiis semel Deo consecratis, nō debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exuste, aut sanguinis effusione, aut cuiusquā semine pollutæ fuerint. Tu ne igitur iuste dixeris tot sanctos Patres atq; adeo uniuersam per orbē Ecclesiam Christi esse Lapides, aut in consecratione templorum & altarium omniū maximam exercuisse superstitionem? Lapides quidem pie & religiose dici possunt, nō quales tu dicis, sed quales dicit S. Petrus in Canonica sua Epistola, Lapides inquam uiui, super edificati in domos spiritales, in sacerdotium sanctū. Quid, quod tu ipse mox contra teipsum confiteris, templa recte Ecclesias dici? Ais enim sed diceret quispiam, Ideo consecramus templa, dicimusq; ea Ecclesias, quod in illis conueniat ad sacra populos. Recte. Si ergo recte (ut ais) quid reprehendis, & sanctos Dei homines (qui utiq; spiritu dei agebantur) impietatis & superstitionis blasphæmo calamo tuo notas & incusas? Ais enim. At non erat opus tam impijs consecrationibus, cum alias omnia sint munda mundis, Credamne Paulum hæc uerba, Omnia munda mundis, dixisse cōtra cōsecrationes Basilicarū et altariū? Neq; q;, sed dixit ea, cōtra eos qui Iudaicis intēdentes fabulis, quosdā cibos immūdos dicebāt & ab eis abstinendum esse censebant. At obijcis uerbum Christi, Iohannis .4. ad mulierem

Ib. c. Ecclesijs. Ecclesiariū cōsecratio

1. Pet. 2.

Omnia munda mundis

samarita-

samaritanam dicta, quasi noluerit loco alliga-
Esa. 56. ri, Sicut per Esaiam ait, Cœlum mihi sedes est,
& terra scabellum pedum meorum &c. Verũ
quidem est, quod loco non cõprehenditur aut
alligatur, Deus, qui est immensus, Vult tamen
coli in locis sacris & ad cultum ipsius consecra
tis, sicut in Esaia & in Euangelio ait, Domus
Matt. 21. mea domus orationis uocabitur, Ideo Christ9
e templo eiecit ementes & uendentes qui sæcu-
laribus negocijs domum Dei prophanabant,
Et consecrationis huiusmodi multa habemus
exempla in libris Moysi, Regum, Paralipome
non & Machabeorum, Si ergo Christus uendi
tores columbarum ouium & boum, quibus
uterentur homines in sacrificijs, iratus flagello
cæcidit, & arguit, quod domum Dei fecerint
speluncam latronum, Quid, credis, dicturus
est uobis Lutheranis, qui domos Dei prohibe
tis consecrari, consecratas uero barbarissime
prophanatis, & facitis ex eis alicubi stabula
equorum aut uaccarum aut propugnacula bel
lica aut etiam funditus demolimini?

Sed replicas adhuc & ais. Non uult coli De
us inuentis & mandatis hominum, etiamsi ex
bona intentione (ut uocant) profecta esse di-
cantur. Huiusmodi autem abusus consecratio
num in omnibus prophetis detestatur, At ego
supra ex multis scripturis & prophetis proba
Matt. 15. ui, eas Deo gratas esse, immo & quasdam ab
eo mandatas fuisse, tantum abest, ut eas fuerit
uspiam

usquam detestatus, At obijcies illud, frustra me colunt mandatis hominum. Respondeo, Hoc dictum intelligi de ijs mandatis, quæ aduersantur mandatis Dei, sicut textus ipse, immo ipse Christus per exempla ibidē declarat, Neq; simpliciter admitto, eiusmodi Ceremonias hominum inuenta esse, Cum sint potius ex instinctu spiritus sancti, qui à Christo datus est Ecclesiæ, ut ipsam doceat & in omnem ueritatem inducat. Neq; necessarium est, omnem Dei cultū in sacris literis expressum esse. Multa enim ab Apostolis et eorum successoribus per traditiones non scriptas accepimus, sicut antiquissimi quoq; scriptores Irenæus, Tertullianus & Origenes testantur, Et ipse Paulus Apostolus nō frustra ait. Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram, Et scimus Deo gratissimū fuisse cultum, quem absq; expresso Dei uerbo aut mandato exhibuerunt ei Abel, Noe, Abraham, Isaac & Iacob, Quorum oblationes Deo in odorem suauitatis accepisse legitur.

Coli Deū frustra mādatis hominum.

Ioh. 14.

Tertull. de corona militis.

Gen. 4. 9. 15. &c.

Falsissimum est igitur, quod tu post longam uerbositatem subiungis, Quod si dicant (inquis) Non possunt nostræ consecrationes dānari, cum peragantur multis bonis uerbis & sententijs scripturę. Item adhibito etiā & subinde repetito nomine Iesu Christi, Quærendū est ab eis, quo Dei mandato id faciant. Verbum Dei & nomen Iesu Christi suum quondā

Vāa obiectio.

ꝓpriũ habet uſum, Quem ſiquis mutare uolet, et impiꝰ et blaſphęmꝰ eſt, Verbi et nõis Chriſti uſꝰ eſt in fide, Quod ſi his aliter uti uoles, ut ad cõſecrãdã aquã, palmas &c, cõtra dęmones ꝙ Deꝰ nunꝗ̃ pcepit, in blaſphęmiarũ periculoſiſſimã Charibdim incidiſti. Ad hæc aũt uerba tua reſpõſum eſt ſupra nõ ſemel, ꝙ cõſecratiões noſtrę uticꝗ in fide fiant, quia credimus Chriſti ꝓmiſſiõibꝰ. Vos aũt ne modicã quidẽ habetis fidẽ, qa nõ dubitatis, ſicut dubitabat Petrꝰ dũ

Matt. 14. mergeret i mari, ſed infideliſſime reĳcitis et execramini fidẽ et pietatẽ Eccleſiæ, qua in cõſecrationũ Ceremonĳs utit, Allegaui itaꝗ ſupra, aliquot locos ꝓmiſſionũ Chriſti, quibꝰ et hũc ex

Matt. 21. Matthęo locũ hic adiũgã. Amen dico uobis, ſi habueritis fidẽ, et nõ hęſitaueritis, nõ ſolum de ficulnea (quæ tũc repente exaruit) facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet, Et omnia, quæcunꝗ petieritis, in oratione credentes accipietis. Huic Chriſti promiſſioni (cui nos merito & firmiter in conſecrationibus noſtris credimus) conſonat iſtud.

Iac. 1. S. Iacobi Apoſtoli, Siquis ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans, Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris &c.

Nos igitur, dum in conſecrationibus ſalis, aquæ, palmarum &c. utimur uerbo Dei et nomine Ieſu Chriſti, nõ mutamus uerũ eius uſum

ſed

ſed in uera fide id facimus, firmiter credentes, ꝙ non eſt impoſſibile apud Deum omne uerbum. Nequaquam uero facimus, ſicut feciſſe leguntur ſeptem filij Sceuæ, Iudæi, principis ſacerdotum, qui cum Iudæi eſſent, & in Chriſtum non uere crederent, præſumebant tamen ad dæmones, qui homines obſidebant, dicere, Adiuro uos per Ieſum quem Paulus prędicat, Reſpondit autem ſpiritus nequā, Ieſum noui, & Paulū ſcio, Vos autē qui eſtis? Et inſiliens in eos &c. Cęterū quod tu ſubiungis, de neceſſitate mādati, iam ſupra ſolutū eſt. Nō cōceſſerim igitur tibi ꝙ ais, Baptiſmus nihil eſſet, niſi haberet mādatū diuinū, niſi diuina Maieſtas iuſſiſſet baptizari in aqua oēs gentes, nemo abſq; peccato baptiſmo uteretur, imo baptiſmus non eſſet baptiſmus, Hoc autem falſiſſimum fundamentum tuum eſt ſupra iam dirutum & confutatum, ubi obieci tibi Abel, Noe, Abraham &c. Tu hic in Dialectica quoq; pueriliter peccas, contra cuius regulam dicis, Imo baptiſmus non eſſet baptiſmus, Non eſt enim uerior prædicatio (dicunt Dialectici) quam ubi idem prædicatur de ſe ipſo. Nos autem reiectis & confutatis huiuſmodi nenijs tuis, ſequimur in Ceremonijs noſtris illud Apl'i ad Corinthios dictum, Siue ergo manducatis, ſiue bibitis uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et illud eiuſdem Apoſtoli quod ſcripſit ad Coloſſēſes. Omne quodcūq; facitis

Luc. 1. *Act. 19.* *Baptiſmus* *1. Co. 10.* *Coloſſ. 3.*

In uerbo aut in opere, omnia in nomine Domi
ni nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo &
patri per ipsum, Qui est Deus benedictus in sæ
cula sæculorum Amen.

Postremo, prolixam de Ceremoniarum no
strarum origine per Tres Quaterniones nuga-
cissime cōtexuisti fabulā, ad quā sane respōde-
re nihil est opus, cum tua, nō scripturæ aut san
ctorum patrum, sint uerba, somnia & figmen-
Autores nostrarū Ceremoniarum. ta, Nos scimus maximā Ecclesiæ Ceremonia-
rum partem nobis ab Apostolis & eorum di-
scipulis traditam esse, sicut scripta Dionysij, Ig
natij, Clementis & Anacleti clare testant. Mag
nam item partem tradiderunt sancti Martyres,
Alexander, Cyprianus, Fabianus, Fœlix &c.
Bonam item partem sancti patres in Concilijs
generalibus, sicut de Niceno supra dictum est,
Aliorum autem conciliorum, etiā antiquissi-
morum, ut Anthiocheni, Laodicensis, Ancyra
ni, Arelatensis, Sardicensis, Elibertani, Agathē
sis, Chalcedonensis &c. constitutiones, Cano-
nes & Decreta, quæ super Ceremoniarum ob-
seruatione instituerunt, nominatim & sigilla-
tim enumerare, nimis longum foret, Nobis cō
tra omnes uerbositates tuas sufficere debet &
potest illud uerbum Christi. Si Ecclesiam non
Matt. 18. audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.
Pro. 1. & 6. Et illud sapientis. Ne dimittas legem matris
tuæ. Protestor autem & hic, ut supra, hæc me
non in odium tui sed in testimonium ueritatis

& in

& in assertionem salutarium Ceremoniarum (quas tu irreligiose, ut nihil asperius dicam, impugnas) scripsisse, ut tu ex ijs pie admonitus, reuertaris ad cor, agasq; pœnitētiam, & redeas fœliciter unde infœliciter exiuisti, in sancte matris Ecclesię gremium.

DE OFFICIO ABbatis.

HAec pars libri tui, Moibane, etsi multo tolerabilior minusq; prolixa est, quam est ea, quæ de Ceremonijs pertractat. Habet tamen & ipsa quædam, in quibus decorum, candorem & pietatem in te desyderem. Decorum sane in eo, quod tu, cum sis & laicus & Monasticæ professionis inimicus atq; etiam persecutor & hostis, non uereris tamen arrogare tibi autoritatē præscribendi Abbati, quo debeat ut Abbas fungi officio. Candorem uero in eo, quod inter blandiendum multis interim cauillis piū Prelatum, qui te nunq; læsit, odiose perstringis & incusas. Pietatem deniq;, quod cultum diuinū, quem Monachi iuxta regulæ suæ tenorē persoluūt Domino, superstitionem uocas, & aboleri petis. Attamen quæ recte interea admones de dilectione & de cura pastorali, nequaq; improbauerim, sed & alia, quæcunq; honesta, pia

pacifica uidentur,non reprobo,sed de eiusmo di te laudauerim potiꝰ ac gratias egerim Deo.

Calũniæ in Suffraganeum. Primũ igitur nõ probo,ꝙ tu personam Christi tibi indigne assumens,& arroganter induens, grauiter lędis et atrociter criminaris istũ Pręlatũ,Cum tamen mox in principio fatearis, neminem esse qui nesciat, Abbatis nomen uenerationis & reuerentiæ nomen esse. Lædis autem non leuiter & inhonoras,dum sub persona Christi ad eum dicis,Sed quid doceres, qui uerbum meum negligis & contemnis, Et cui nunquam cordi fuit nomen meum, Neq; etiã cogitasti unquam, te ideo uelle Abbatem esse ut me diligeres, ut fraterculos istos ignaros doceres & erudires. Non tibi commissi sunt, ut uentres & truncos ex ipsis facias. Præcipitur illis, qui uix norunt syllabas Psalterij, ut die noctuq; boent & ululent in choro ea quæ non intelligunt. Est id pascere meum gregem,Tot superstitionibus eos inuoluere,quos oportebat per simplicitatem uerbi mei ad patrem meum adducere? Recte igitur dixerim de te,quod olim Zacharias in inanes & in utiles prophetias torsit O idolum O larua &c. Hæc profecto nimis sunt in hunc Prælatum iniuriosa.

Lutheranorum studia in Monasterijs. Nec probo falsam hanc tuam & omnium Lutheranorum sententiam, quod Reges & Principes fundauerint Monasteria pręcipue in hoc,ut essent scholæ artium, in quibus Iuuenes in

nes in literis erudirentur. Constat enim ex li-
teris fundationũ ipsa esse fundata ad hoc prin-
cipaliter, ut in eis laudetur atque colatur Deus
die noctuque in horis Canonicis & aliis Mona-
sticae disciplinae exercitiis. Verum tamen non
negauerim & scholas in Monasteriis esse debe-
re, & olim longe melius uiguisse literarum stu
dia in Monasteriis quam uigent hodie. Cuius
rei euidẽs argumentum est, antiquorum libro
rum thesaurus, qui passim in uetustis reperi-
tur Coenobiis, unde optimi quique authores,
praesertim Theologi antiqui, in lucem pro-
ducuntur per Typographos. Et satis commo
de adhuc uiguerunt ibi studia literarum tem-
poribus nostris usque ad pestilentissimam Lu-
thericae doctrinae eruptionem. Vnde enim ha-
beret secta Lutheri tot Concionatores doctos
& facundos, nisi scelerato consilio è Mona-
steriis pellexisset tot Apostatas, qui sunt sectę
Capita? Vbi didicerunt literas & Theolo-
giam, Lutherus, Bucerus, Pomeranus, Mi-
conius, Musculus & id genus alii flagiciosi
Monasteriorum desertores & Catholicae re-
ligionis impugnatores praeter quam in Mo-
nosteriis? Quod autem hodie non ita uigent in
iis literarum studia, uestra ô Lutherani maxi-
ma culpa est, qui tantam raritatem personarũ
& tanta rerum damna Monasterii per impor-
tunas clamitatiões & amarulẽtas calũnias sup

induxistis, ut Abbates & alij Monasteriorum Prælati nō habeāt hodie, ubicunq; prędominatur Lutherismus, copiam personarum quas literis (ut olim) uel imbuerent ipsi intra Monasterioꝝ septa, uel ad publica Gymnasia literarū imbuendas mitterent, quantumuis etiam id facere libenter uellent. Quod Abbas uero Leubensis multos in literarum studio alit iuuenes atq; etiam præceptores sumptibus suis, laudādus est utiq;, dummodo syncero (ut debet) id animo faciat, Si autē facit hoc secundum sententiam tuam, relictis (ut ais) interim quibusdam ociosis ritibus, hoc est iuxta tuam sententiam Monasticæ regulæ institutis, nequaquam probauerim. Laudauero quidem, si deligat sibi adolescentes ad literarum studia idoneos, quos à professione regulæ suæ liberos interim dimittens, tradat præceptoribus Catholicis in Catholica doctrina erudiendos, ut possit ex ijs Parochos facere, qui Catholice prædicent & sacramenta administrent. Si uero detestetur & ipse (sicut tu facis) obseruationes & ritus regulæ suæ (quod non credo) pace ipsius dixerim, mihi profecto neq; nomine neq; merito aut dignitate Abbatis dignus uideretur. Dicerem itaq; ei illud uerbum Dei. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

Abbas Leubensis.

Matt. 6.

Quod

Quod autem Monachorum exercitia ocio- sos ritus appellas, & cultum diuinum, quo Deo famulantur die noctuq;, irreligiose uocas cul- tum superstitiosum. Et ipsos Monachos dicis homines ociosos & nemini utiles. Nõ ut Christianus sed ut Lutheranus loqueris. Nemo profecto sanctorũ patrum uspiam sic locutus est, qui summis potius laudibus Monasticam ui- tam semper extulerunt, idq; mox à principio Christianæ religionis, uti patet ex scriptis S. Dionysij, Basilij, Athanasij, Hieronymi, Chrysostomi &c. Quod si ulla superesset in te Christianæ pietatis & Euangelicæ ueritatis uenula, nequaq; tot calumnijs aggrauares hos paupe- res Christi, quos tam maligne & impie in pu- plicum pertraxit odium nequissimus Aposta- ta & Plebicola Lutherus. Qui utiq; longe ue- rius iustiusq; dici possunt Euãgelici q̃ possunt aut debent effrenes uentriculæ, quibus Euangelium tantum in ore & in linguæ saliua supernatat, sed longe abest ab eorum corde & opere. Quare merito timere deberes, si ex animo cre- deres sacræ scripturæ, illud uerbum sapientis. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt &c. Habes eos nunc in derisum & in similitudinem imprope- rij, & uitam eorum æstimas insaniam, & finem illorum sine honore.

Calumnia in Monachos.

Sapien. 5.

Sed quid dices olim, quando aduersum te stabunt in extremo iudicio numerosissima in mul-

Agmina Monacha

rum anti- quorum. tis milibus agmina Monachorum, qui per omnem Aegyptum, Syriam, Palestinam, Mesopotamiam, Asiam, Pontũ, Scythiam, Graeciam, Italiam, Galliam & Aphricam atque adeo per totum mundum Deo laudatissime quondam, antequã nos Germani quicque de Christo cognouimus, seruierunt? Nunqd iudici probare tũc poteris, eorũ ritus fuisse ociosos & cultũ superstitiosum? Putabãt & impij olim Reges seu Imperatores Valens & Iulianus, Monachos nemini utiles esse, dũ in heremo aut in cellulis suis latitantes, sanctis insisterent cõtemplationibus & orationibus, pro suis & aliorũ peccatis plangentes, creberrimisque gemitibus & lachrymis pro ijs qui in mundo erant Deo supplicantes. Sed infoelicissime cessit illis ea calumnia & psecutio. Neque igitur tibi foeliciter cedere poterit.

lib. 1. c. 31 Quisquis aũt sapit, potius approbat ea, quae de Monachis ad longũ psequit S. Augustin. In 1. lib. de moribus Ecclesiae Catholicae. Vbi inter alia multa sic ait. Quis nescit summe continentiũ hoĩm Christianorum multitudinẽ per totum Orbẽ indies magis magisque diffundi, et in Oriente maxime atque Aegypto. Videntur nõ nullis res humanas plusque oporteret deseruisse, nõ intelligentibus, quantũ nobis eorum animus in orationibus prosit, & uita ad exemplũ. Et infra. Conueniunt aũt Diei tempore extremo, de suis quisque habitaculis, dum adhuc ieiuni sunt, ad audiendum patrem illum. Et conueniunt ad

singulos

ſingulos patres Terna, ut minimũ, hominum milia. Nam etiam multo numeroſiores ſub uno agunt. Hæc & id genus multa de Monachorum uita & multitudine S. Auguſtinus. Qualia & reliqui Eccleſiæ illorum temporum Doctores, Baſilius, Gregorius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Ambroſius, etc. atteſtantur.

Monaſteriorum expilatiões.

Quamq̃ uero iuſte reprobas prophanam rapacitatem, qua plærią Laicorum hodie Monaſteria deſpoliant & ais. Si quidem iam tot rapaces Harpyiæ, tot fœdi uultures, unguibus ſuis bona & ſtipendia Eccleſiaſtica tam inſolenter diripere incipiunt, ut paulo poſt, niſi ad uigilauerint Principes ipſi, non ſimus ne reliquias quidem de his ullas inuenturi. Quidam (inquis) ex Nobilitate laudi ſibi ducunt, ſpoliare & expilare Monaſteria & Abbatias. Iniuſte tamen cauillaris contra bonorum Regum & Principum pietatem, qua largiter fundauerunt in Monaſterijs & Collegijs diuinum cultum, dum ſic ais. Ecquis dubitare poteſt tanta effuſione opum in Collegia & Monaſteria, nonnunquam fraudatos ipſos hæredes? Zelus ſane pius & bonus erat (inquis) quamuis non in omnibus ſecundum ſcientiam. Nam ſucceſſu temporum bona pars Principum, propter ſtabiliendam hypocriſin in Eccleſia, facultatibus ſuis dotarunt Monaſteria, Sed dic quæſo Moibane. Quorum

Calumnia in fundatores Monaſteriorum.

Regum

Regum aut Principum hæredes per Collegio-
rum et Monasteriorum fundationes fraudatos
aut depauperatos fuisse legisti aut uidisti unq̃?
Certe nemo magnificentius aut liberalius ex-
truxit & fundauit plura Collegia sacerdotum
& seruorum Dei Monasteria quam fecerunt Cōstan
tinus Maximus, ambo Theodosij, Iustinianus
primus, Carolus Magnus. Otto Primus &
Henricus primus, Clarissimi ac fœlicissimi Im-
peratores, sed adeo nō sunt per hoc hæredes eorum
fraudati, ut nulli Regum aut Imperatorum plu-
ra quàm isti hæredibus suis reliquerint. Quia
Prou. 11. non potest mentiri Deus aut spiritus ueritatis,
qui per sapientem ait. Alij diuidunt propria &
ditiores fiunt, alij rapiunt non sua & semper in
ægestate sunt.

Cæterum Abbatis officium longe uerius
exactiusque descriptum inuenies in scriptis Ba-
silij, Augustini, Hieronymi, Cassiani, Isidori
Bernardi & id genus probatissimorum auto-
rum, qui non solum uerbis sed & uita & opere
ostenderunt quid bonum Abbatem deceat,
quidque ad eius pertineat officium. Ab his igi
tur, non à te aut ullo Lutherano discere debet,
quicunque uerus & Catholicus est Abbas, quid
sui sit officij.

DE OFFICIO EPI-scopi Suffraganei.

In

IN multis quidem locis supra enumeratis te ineptum depræhendi. Moibane, sed nusquã ineptiorem quam in hoc Capitulo, ubi de officio suffraganei agis Episcopi. Quandoquidem & uerum eius officium repræhendis, & falsum impudenti nouitatis uanitate affingis, garrula interim nugacitate de uocabulo ipso disputans. Cum tamen ipse tandem fatearis, non multum referre, siue ex superstitione, siue ex industria aut casu nata sunt nomina & tituli, modo salua & integra seruentur officia. Sic tamen describis Suffraganei officium, ut hoc illi cum omnibus Ecclesiæ ministris, presbyteris & quibuslibet uerbi prædicatoribus & Ecclesiarum pastoribus commune, et nihil omnino proprium facias. Est ne hoc quæso alicuius proprium officium describere?

Vana figmenta de uocabulo Suffraganei.

Non placet tibi Suffraganeum inde dici, quod suffragetur Episcopo & auxiliarius ipsius sit. Et addis (quod me nusquam legisse memini) uerbis saltem, si non possit opere. Nos autem scimus, in uerbo & opere Suffraganei consistere officium, non in uerbis tantum, sicut tu fingis, qui Confirmationem in uerbis tantum consistere nouo affirmas figmento. Affers deinde, in ostentationem peritiæ linguarum, ex græco textu Actuum Apostolorum aliquot loca, per quæ Suffraganeum à suffragijs populi dictũ esse contendis, sic enim ais. Et confirmor certis locis scripturæ, qui testantur Apostolos & suc-

cessores

cessores ipsorũ, ministros Verbi, presbyteros, Episcopos & Pastores Ecclesiarũ, cõmunibus suffragijs, accepto à gẽtibus more, elegisse. Ita ne destituti spiritu sctõ & Christi doctrina atq; exemplo fuerunt Apostoli et eorũ successores, ut nescirent eligere ministros Verbi, presbyteros & Episcopos, nisi cõmunibus suffragijs accepto (ut tu dicis) à gentibus more? Nunqd comunibus suffragijs suos elegit Apostolos et

Iohan. 15. discipulos ipse Dñs? At ipse dixit eis. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis et fructũ afferatis, & fruct9 uester maneat. Ipse dixit Petro & Andreæ fratri eius. Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominũ.

Matth. 4. Ipse dixit omnibus. Messis qdẽ multa, oparij aũt pauci, rogate ergo Dominũ messis, ut mit-

Ib. 9. tat operarios in messem suam. Non est igitur necessarium, communibus suffragijs, accepto (ut ais) à gentibus more, presbyteros & Episcopos eligi aut cõstitui. Hoc .n. Christus neq; pcepit neq; fecit aut practicauit, sed p seipsum elegit quos uoluit Apostolos, & p seipsum designauit & alios LXXII. discipulos. Sic et Pau

Luc. 10. lus, huius rei gratia Certe reliqt Titũ, ut ea quę

Tit. 1. deerant corrigeret, & constitueret per ciuitates

1. Tim. 5. presbyteros. Et Timotheo præcepit, ne cui cito manus imponeret. De more autem a gentibus accepto aut accipiendo per communia suffragia nec Paulus nec Apostolorum à liquis quicquam dixit aut præcepit. Superflua est igitur hæc

Igitur hæc tua de suffragijs curiositas.

Necq; cogunt nos ad tuam sententiam ea scri pturæ loca, quæ obijcis. Verbum em̄ græcum χειροτονέω, non significat solummodo (ut tu putas) suffragijs creare, sed etiam simpliciter eligere aut constituere seu ordinare. Quemadmodum testantur ij q Græcos ædunt Dictionarios, & qui nouum testamentum sunt interpretati, Textus itacq; noster in ijs locis, quos obijcis, nihil prorsus de suffragijs dicit. In Actibus enim Apostolorum cap. xiiij. sic habet. Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros. Et 2. Corinth. 8. cap. sic. Non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostrę. Ita etiam habet S. Ambrosius. De suffragijs autem nihil habet. Quare uanum est, quod inde colligis, Suffraganei nomen Apostolis & Græcis Ecclesijs iuxta tuam sententiam non fuisse incognitum. Nos igitur rectius hoc nomen damus ei qui Episcopo in Pontificalibus actibus & in Episcopali officio suffragatur, hoc est, auxiliatur, aut uices eius gerit. Non dicimus autem unumquemcq;, qui suffragijs delectus aut creatus est, suffraganeum, ut tu uis. Nec habet hanc consuetudinem Ecclesia Dei, sed est mera curiositas & prophana uerborũ nouatio, qua Ecclesia Christi hoc tempore maligne à te & à tui similibus perturbatur. Cõtra tales autem scribit Paulus Timotheo, ut *Quis Suffraganeus dicitur.* *1. Tim. 6.*

denun

2. Tim. 2. denunciaret quibusdam ne aliter docerent. Itē
1. Tim. 6. Vt uitaret prophana & uaniloquia. Multum enim proficiunt (inquit) ad impietatem. Item O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates.

Quod autem hic rursus contra Ecclesiæ Ceremonias inueheris, & petulanter atq; procaciter eas nugas & portenta abominationum ore impuro uocitas, & presbyteros ridiculo herbarios & palmarios agnominas, responsiōe dignum non est, scriptum est enim. Qui erudit de-
Prou. 9. & 26. risorem, ipse iniuriam sibi facit. Item. Ne re-
Ib. c. 15. spondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur. Stultus (inquit sapiens) irridet disciplinam patris sui. Non ego te Moibane stultum iniuriose dico, sed teipsum stultum facis, quando sic irrides contra Ecclesiæ disciplinam tot sanctorum patrum antiquas (ut supra probatum est) Ceremonias. Neq;
Verba insipientiæ. hæc tua, quæ sequuntur, uerba ullus uir bonus pius & eruditus probabit unquam. Hactenus (inquis) plærīq;, imo uniuersi in ea sententia hæsimus, Suffraganei id esse officium, baptisare scilicet campanas, consecrare palmas, herbas, lapides, ligna, imagines, uestes missarias. Itē ordinare nescio quos Ostiarios, Lectores, Exorcistas, Acolytos. Cum hæc omnia sint aliena à ministerio Apostolico. Qui ergo ita iudicabant de Suffraganei officio, pueriliter admodum senserunt de ministerio. Neque Dei

manda-

mandatum neq; Christi doctrinam intelligentes. Oportebat igit omnes Suffraganeos iuxta Dei uerbum & uocationem, quam sustinent, Euangeliū Christi prædicare, non fumos istos Ceremoniarum inutilium uendere. Hæc ex thesauro puersi cordis tui prolata, te manifestum faciunt, quam falso & dolose dicas Suffraganeo nostro, quod hoc scripto tuo uolueris reconciliari omnibus hominibus, ipsius & aliorum, qui præsunt Ecclesię, officia, titulos et nomina. Nihil em̄ facis minus, qui ad hoc maxime conaris, ut omnibus hominibus odiosa & ridicula reddas nomina & officia omnium Episcoporū & Clericorū Ecclesiæ Catholicæ. De consecrationibus quidē palmarum, herbarum, cōpanarum, uestium &c. ad longū supra est dictum. Hic de Clericorum ordinationibus id dixisse sufficiat, breuitatis gratia, quod non sunt hodie aut heri inuentæ, sed ab ipsis Apostolis institutę, sicut clare testantur scripta discipulorum Petri & Pauli, nempe Ignatij, Dionysij, Clementis & Anacleti, qui de ijs Clericorū ordinibus (quos tu improbe derides & nescire te fingis) apertam & frequentem faciunt mentionem. Quin etiam in Euangelio & in Actibus Apostolorum fit de Exorcistis mentio. Et S. Hieronymus in argumentis aliquot Epistolarum Pauli Apostoli ter aut quater facit mentionē Tychici Diaconi, & Onesymi Acolyti p quos Paulus Epistolas suas Ecclesijs miserat.

Clericorū ordinationes.

Matth. 12. Act. 19.

Inepta de Confirmatione figmenta.

De sacramento aūt Confirmationis, usque adeo aduersaris nō nobis modo sed etiam sanctis patribus antiquis, qui ab Apostolorum traditione illud acceperunt, & tam impudenter nouum audes proponere de confirmatione figmentum, ut nesciam, an te in hoc magis impium quam ineptum, inuerecundum & audacem appellem. Nam & sacramentum Venerabile Confirmationis impie blasphæmas, & nouum impudenter obtrudis nobis de Confirmatione commentum, de quo cunctis retro Christianis ne somniatum quidem esse unquā legitur. Quamuis impudentissime dicas, patres pios longe aliter de cōfirmatione sensisse, quā nostri nunc loquūtur. Hi namq; (inquis) confirmationem statuerunt, non Chrismatis aut Crucis in fronte signande, sed doctrinæ ueræ & sanæ semper inculcandæ animis hominum. Hæc quidem impudenter dicis, sed neque per scripturas neq; per historias quicquam ex his probas. Nihilominus tamen & audacter desinis nouo modo, quid sit cōfirmatio, & impie calumniaris antiquum Confirmationis ueræ sacramentū. Nouam etenim diffinitionē tuam sic statuis. Confirmatio est (inquis) Catechesis, in qua uiua uoce in uerbo fidei qui baptisati sunt, instruuntur, & per quā ab illis oris confessio de Christo Iesu saluatore nostro exigit. Quis, rogo, Patrum hanc posuit definitionem, quam tu omnibus tribuere non uereris?

Nam

Nam quod ais Diuũ Augustinũ hanc con- firmandi rationem probare, nihil est, nec ostendere poteris unq̃. Quin potius pro nostra & totius Ecclesiæ sententia sic ait in eo, quem allegas, libro. Docendum est, signacula quidem rerum diuinarum esse uisibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari. Licet igitur Chrisma sit signaculum uisibile, In eo tamen honorari debet spiritus sanctus qui est spiritalis unctio, De qua loquitur Iohannes, dicens, sicut unctio eius docet uos de omnibus. Non fuit Augustinus ignarus eorum, quæ ante ipsum de Confirmationis sacramento tradiderũt sancti patres & Ro. Pontifices, Dionysius, Eusebius, Melchiades &c. Nequaq̃ igitur credendum est, Augustinũ uspiam dixisse, Confirmationem nostram nihil aliud esse quã insignem quandam in Baptismum Christi cõtumeliam, sicut tu impie horrenda cũ blasphæmia dicere nõ uereris. Nã & S. Ambrosius, Augustini uc Catechumeni præceptor, de Cõfirmatione loquẽs sic ait. Sequitur spiritale signaculũ, quod audistis hodie legi, quia post fontẽ superest ut perfectio fiat, quando ad inuocationẽ sacerdotis spiritus sctũs infũdit. Ecce ait & hic sctũs pater, q̃a post fontẽ supest ut pfectio fiat. Hęccine tu Moibane Ambrosij uerba, inepta & plena blasphæmiarum iure dixeris, quasi contra Baptismum, absolutissimum & efficacissimum sacramentum sit locutus? Certe si non uereris

Aug. de Catechizandis rudibus. c. 26.

Ambros. de sacramentis li. 3. c. 2.

De conse-crat. dist. 5. c. 1. Vrbani Papę & Martyris uerba dicere inepta & plena blaſphæmiarum, poteris eadem impietate & impudentia aliorum quocꝫ de Confirmatione uerba (quorum permulta recitat Gratianus) inepta & blaſphæma dicere.

Figmentū de Catechiſmo. Reuera autem ineptiſſimū eſt figmentū tuum, quo ex Confirmatione Catechiſmum facis, & ex Apoſtolis Catechumenos, & ex mulieribus reſurrectionē Chriſti nunciantibus cō firmatrices Apoſtolorꝫ. Denicꝫ ex presbyteris & Epiſcopis Epheſiorum nouos Catechumenos Pauli. Ais. n. Chriſtū accerrimū fuiſſe Catechiſtam, quando in cœlū aſcenſurus, Recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit eis incredulitatē ipſorū. Similiter & Paulū, fidelem dicis egiſſe Catechiſtā, quando accerſitis Epiſcopis & Presbyteris Epheſiorū, longa eos oratione ad gregis dominici uigilantiā exhortatus eſt. Et huiuſmodi Catecheſis tibi uera Confirmatio eſſe uidetur, ſed qua, rogo, autoritate aut ratione id probas? nulla prorſus. Et tamen adeo impudens eſt in te Philautia, ut hæc tua ſomnia merū Euangelium eſſe putes. Doctrinam uero Catholicorum dicas contēptim ampullas & bullas nugarum & fabularum de Purgatorio, Indulgentijs, Miſſis, Imaginibus ſanctorum alijſcꝫ innumeris ineptijs (ut uocas) quibus aliud non agebatur (ſi tibi creditur) quam quod Euangelium & Confirmatio uera ex Eccleſijs profligabatur. Quid autem ad hæc

Marc. 16.

Act. 20.

ad hæc dicturi sunt tibi corã Christo Iudice in nouissimo die oẽs sancti Martyres & Confessores Christi, Dionysius, Clemens, Alexander, Vrbanus, Melchiades, Eusebius, Ambrosius, Augustinus & id genus alij innumeri, qui Missam, Chrisma, Confirmationis uenerabile sacramentum, & reliqua Ecclesiæ instituta, quæ contemnis tu ac reprobas, docuerunt & in usu per omnes Ecclesias habuerunt? Age igitur pœnitentiam, si sapis, dum licet, ne post hanc uitam corã Iudice à tot ac tantis Ecclesiæ Proceribus accuseris, conuictusq; in æternũ dãneris.

ERRORES EX LIbro ad Dominum a Bernstein.

IN tertio libro tuo sunt utiq; nonnulla, quæ ut comprobaui supra, ita & hic comprobo, & eis libenter adiungo ea, quæ sub finem libri admones de scholis & artibus honestis in Christi Ecclesia & Repub. promouendis atq; conseruandis. Approbo item principalem tuam in hoc libro sẽtẽtiam, quã cum sancta Romana & Catholica Ecclesia cõmunem habes, de cõsuetudine nõ dãdi paruulis Eucharistiã. Non possum tamẽ approbare omnia quæ admisces. Ne igitur ea eiusdẽ uideantur esse calculi, cuius sunt ea quæ simpliciter apꝓbanda duxerim. De ijs te breuiter ut rectius cõsyderes & errores corrigas, admonebo. Siue tu amice siue

ægre acceperis, dummodo fraternæ & Chri-
stianę charitatis in his officiũ ego custodierim.

Prærogatiua Ro. Ecclesiæ. *Matth. 16* *Amb. de sacramentis lib. 3. cap. 1.* *Iohan. 21*

Primum igitur, Quod uerba Christi, quæ ad Petrum singulariter dicta sunt, & econtra uerba Petri ad Christum, Tu communiter omnibus tribuis Apostolis, in præiudicium odiose facere uideris contra Rom. Ecclesiam, cuius sacerdos (ut S. Ambrosius loquitur,) S. Petrus fuit. Per ea enim uerba, sicut & per ea quæ alibi ait Dominus. Pasce oues meas, Petro & successoribus eius magna collata est à Christo supra omnes alios Apostolos & Episcopos Prærogatiua, quã tu & omnes Lutherani, tam impudenter sane & maligne q̃ sero & inaniter, post tot sæculorũ totius Ecclesiæ cõfessionẽ consensumq; & obedientiã, negatis, & tam impie quã frustra impugnatis. Quandoqdẽ Christus pro

Luc. 22.

Petro rogauit, ne unq̃ deficiat fides ipsius. Verba igitur hæc. Tu es Chr̃us filius Dei uiui, à Petro singulariter dicta esse, testatur mox ipse Dñs, dicẽs. Beatus es Simon BarIona, hoc est, filius Ioannis, sicut alibi ad eundẽ singulariter ait, Simon Ioannis diligis me plus his. Quare illationẽ tuam nõ approbo, dum ais. Ideo Chr̃us Petro & alijs ita respondit. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Nam si Petro & alijs simul ita respõdisset, nõ tibi, sed uobis dicẽdũ fuisset. Odio igitur excæcatus contra Ro. Pontificẽ (Petri successorẽ) uõ uides, q̃ inepta sit hæc tua illatio & rei gestæ narratio, & peccas per hoc in ipsum

Euange-

Euangeliū. Deinde non approbo, quod tot amarulētis cauillis & calūnijs traducis nos Catholicos, ꝓpter Eucharistię sacramentū. Quod nos utiq; Centuplo maiore ueneramur fide reuerentia & deuotiōe q̄ faciunt oēs ubiq; Lutherani. Nos .n. credimus isto in sacramento substantialē mutationē panis in corpus dñi, & uini in eius sanguinē. Hoc aūt uos nō creditis, Itē Nos credimus p uerba cōsecrationis legitime ꝓlata, totū Chrm, Deū & hominē, tam sub uini q̄ sub panis accidentibus integre & substantialit̄ cōtineri per cōcomitantiā. Hāc uos & irridetis & inficiamini. Rursum credimus nos in Missa corpus & sanguinē Chri uere pie, religiose atq; etiā substātialiter ꝓ uiuis et mortuis offerri. Vos aūt hoc maxime negatis, & ob id missam blasphæmatis. Nos præterea hoc sacramentū in Ecclesijs nostris ꝑpetua ueneratione colimus, & religioso cultu reseruamus tūm in uiaticū ꝓ infirmis, tum in exercitiū piæ deuotionis in publicis ꝓcessionibus. Tēpla autem uestra, uelut horrea sunt, sine omni cultu & ueneratione huiusmodi. Negamus igitur, nos ex hoc sacramento portentum fecisse, aut à nobis factam ex eo esse impostorum nundinationē. Non enim uendimus Eucharistiā Iudæis, aut ullis hominibus, sicut fecerunt facinorosi aliqui fures & sacrilegi. Nec pedibus eam calcamus, sicut in sectis uestris nouis à plærisq; impie factitatū esse multo cū gemitu audiuimus.

Veneratio Eucharistiæ.

Verba Cō secratiōis. Quod aūt pro maximo abuſu habes, quan do nos in miſſa uerba cōſecrationis ſecrete pro ferimus (quæ tu irreligioſa ſcurrilitate à nobis demurmurari dicis) uanus & indoctus eſt ca uillus. Cum .n. ea uerba maximū in ſe conti neant fidei noſtræ myſteriū, myſtis, hoc eſt ſa cerdotibus, maxime congruit, ea uerba arcane, Id eſt ſecrete dicere, quia myſtica, hoc eſt arca na ſunt. Id quod te ignorare nō decet, qui tam frequenter in ſcriptis tuis græcizas. Quiſquis enim qualiacunq; habet græcarū literarum ru dimenta, ſcit ex Dictionarijs Myſteriū arcanū interpretari. Religioſa igitur obſeruatione ſe creto pronunciamus cōſecrationis uerba, ſicut

2. Cor. 12 et Paulus fecit, qui raptus in paradiſum, audiuit

Num. 4. arcana uerba quæ nō licet homini loqui. Sic et

Ezech. 7. in ueteri lege multa erant arcana, quæ non pu blicabantur uulgo cūctis, ſicut Moyſes & Eze chiel plæriſq; in locis inſinuant.

Quod præterea ſacerdotes noſtros Irriſiōis gratia ſacrificulos uocas (quāuis ſacrificiū eo rum deteſteris atq; pfide abneges,) et ais, eos di cere. Accipite & comedite, ſed nihil eos dare ac neminem comedere, improbus eſt cauillus, ſacerdos enim in miſſa, nō ex ſua pſona profert ea uerba ad populū circunſtantem ſed ex per ſona Chriſti recitat ea, ad xij. Apoſtolos in no uiſſima cęna prolata. Neq; tamen denegat cor pus domini ijs qui religioſe petunt & mandu care deſyderant, Quod autem ais, eum bibere

ſolum,

ſolum contra Chriſti præceptum pro omnib9, uana eſt obiectio, Chriſtus enim nuſquam pro hibuit ſacerdoti, ne ſolus ex calice inter Miſſarum ſolemnia bibat, ſi non aſſint cõmunicãtes.

Quod ſi Chriſti præceptum eſſet quando ait Bibite ex hoc omnes, uos lutherani non minus in hoc peccaretis mortaliter, huius præcepti tranſgreſſione quã nos, Nam & uos in cœna ueſtra, in qua communicatis, nõ omnes qui præſentes ibi eſtis ex calice ſanguinem Chriſti bibitis, ſed aliqui tantum, Chriſtus autem non dixit, Bibite ex hoc aliqui, ſed ait Omnes, Necq; tamen per hoc conceſſerim aut confeſſus fuerim, uos uerum ſanguinem Chriſti ex calice ueſtro bibere, ſi non habetis in cõſecrando Eccleſiæ intentionem & uerborum formam con ſuetam, aut ſi non eſtis legitime ab Epiſcopo aliquo in ſacerdotes ordinati, ſiue bibant ex eo omnes ſiue aliqui, Quicunq; enim tales ſunt, conſecrandi aut offerendi poteſtatem non habent, ſicut clare teſtantur ſancti Patres in Concilio Niceno. Nobis autem facilior eſt excuſatio, de his uerbis Chriſti, Bibite ex hoc omnes, Quia etſi nõn omnes apud nos corporaliter ex calice bibunt, quotquot circumſtant, Bibunt tamẽ ſpiritualiter per fidem & charitatem, iuxta illud Auguſtini, Crede & manducaſti, quod tu ipſe quoq; allegas. Vos autem ſchiſmatice cõtenditis cõtra Catholicos de corporali ſumptione, nolentes conſecrare aut miſſam celebra

Bibite ex hoc omnes.

Nicenum Conciliũ c. 14.

re, nisi assint aliqui, corporaliter cum consecrā te communicaturi, Quod nos necessarium esse negamus, quia neq; Christꝰ neq; ulla scriptura hoc pręcipit, aut sacerdoti prohibet, ne solus corporaliter sumat, hoc est, comedat & bibat in missa,

Cauillaris & hoc, quod pro uiuis & mortuis in Missa offerimus, sed neq; hoc ulla prohibet scriptura, & Ecclesia id semper obseruauit, ut ex antiquissimis Dionysij, Clemētis, Anacleti Alexandri Cypriani Tertulliani &c, scriptis manifeste patet.

Monstrū schismatis in sacro=mento u=nitatis.

Et adhuc maius monstrum esse dicis, non dare Laicis utranq; speciem sacramenti, Sed crede mihi, quod longe maius & abominabilius monstrum coram Deo & omnibus sanctis eius sit, schismatice per rebellionem, contra Ecclesiæ & maiorum nostrorum consuetudinem, sub utraq; specie communicare, atq; ita impie abuti sanctissimo unitatis sacramento ad introducendum hæresim atq; diuisionem, contra illud uerbum Christi, quod in horto post nouissimam cænam (in qua hoc unitatis sacramentum instituit) ad patrem orans dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo

Ioh. 17. quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Dare igitur aut accipere sub una specie, nusq; in uerbo Dei prohibitum reperitur, inducere autem schisma & diuisionem ac rebellare Ec-

lesia

clesiæ & eius Præpositis maxime prohibent, Christus, Paulus ac totum Euangelium.

Quod autem irrides nos de hoc uerbo Christi, Bibite ex hoc omnes, quasi dicamus hanc uocem omnes, de solis sacerdotibus intelligendam esse, Et ex hoc infers, solos Laicos coram Deo mundos esse, quia dixit Christus in pedum latione, Mundi estis, sed non omnes. Improba profecto est cauillatio, & nimis inepta, puerilis, atque etiam scurrilis illatio. Nos certe non sic exponimus uerbum Christi, sicut cauillaris tu, sed dicimus, hoc ad Apostolos in cæna dictum esse, quod sacerdos consecrans commemoratiue, non præceptiue, recitat, nec in eo consistit uirtus consecrandi, sed in ijs quę sequuntur, Hic est calix sanguinis mei &c. Etenim apud nos non semper sub utraque specie communicant sacerdotes, Quippe ubicunque non consecrant ipsi, sub una tantum specie communicant, æque sicut Laici, siue in Ecclesia publice, siue domi ægrotantes accipiant, Vnde fit, ut in die Parasceues etiam in publico de more officio diuino celebrans sub una tantũ specie communicet, eo quod die illa non consecret, sed utatur panis specie pridie consecrata, & in hoc reseruata, ut sic à celebrante sumatur, Idque fit non noua adinuentione nostra, sed antiquissimo Ecclesiæ ritu & sanctorum patrum instituto. Qua autem arte colligis

Sacerdos non semper sub utraque specie communicat.

ex

ex hoc uerbo Christi, Mundi estis sed non omnes, quod soli Laici mundi sint? Nunquid ad solos laicos dictum est? Non uideo equidē quomodo deceat te, tam inepta uti argutia ad tam insignem ac præpotentem Baronem ac Dominum.

Cultus Eucharistiæ nō est nimius apud nos. Quod rursus cauillaris, multos inuentos esse cultus, quibus honoraretur hoc sacramentū, qui tamen nullum habeant Dei uerbum quo defendantur, Respondeo, primum, Non opus est, omnem cultū Dei habere expressum in scripturis uerbum Dei quo defendatur, sicut probatum est supra de cultu Dei, quem Abel, Noe Abraham &c. exhibuerunt, Deinde possunt nobis sufficere, pro huiusmodi cultibus, hæc generalia uerba Christi & Pauli, Si non audierit Ecclesiam, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus, Obedite Præpositis uestris &c. Rursus, si uere Deus in hoc sacramento est, sicut nos firmiter credimus, non potest ullus cultus nimis honorifice aut nimis reuerenter atq; religiose ei á nobis impendi, Si.n.nō perdit mercedem suam is qui uel calicem aquæ frigidæ dederit uni ex minimis Christi, etiam si dederit tantum in nomine discipuli, ut ait ipse Dominus in Euangelio suo, Quomodo perdemus nos mercedē, *Mat. 10.* si honorem impendimus, non uni ex minimis Christi, sed ipsi Christo, Deo Optimo Maximo? idq; facimus, non in nomine alicuius di- *Phil. 2.* scipuli eius, sed in nomine ipsius, De quo ait

Aposto-

Apostolus, quod sit super omnem nomen, & in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium terrestrium & infernorum.

Quid hinc sequitur ô Moibane? sequitur pro secto, quod uos Lutherani, qui non uultis genu flectere, quando hoc sacramentum uel in altari eleuatur à sacerdote, uel ab eo deportatur per plateas ad infirmos, uel publice circumfertur in processionibus, uel reseruatur in ciborijs peiores ac magis rebelles, superbi & impij in Christum, Dominum & Deum nostrum estis, quam sunt omnes alij terrestres & inferni, qui in nomine Iesu genua sua flectunt, Nos autem uenerationis & cultus nostri uetus & insigne habemꝰ exemplum à rege Dauid, qui saltauit ante arcam Domini, Et ecce hic in sacramento iste longe plus ac maius est quam in arca illa fuit,

Impietas sectarum circa Eucharistiã.

2. Reg. 6.

Ais ulterius contra nos, Illi, dum in suum opus operatũ & missam defigunt oculos, pulchre suis cogitationibus eluduntur, quærunt enim nescio quas animas in Purgatorio suo occupatissimi, atq; hoc modo prætereunt & negligunt uerum usum & cultum Cœnę domini, Ad hæc ita responderim. Apud nos longe ueriorem esse & usum & cultum huius sacramenti quam apud uos Lutheranos, Nos enim missam celebramꝰ in memoriã passionis Christi, & annunciamus mortẽ eius in illa, nõ solũ uerbis in sacro Canone (quem uos blasphema

recta missarum celebratio.

tis

tis ac prorſus omittitis) ubi ſacratiſſimæ obla tionis à Chriſto in cruce ſemel peractæ, memo riam agimus, & in eius repreſentationem miſ- ſam ſacrificium & oblationem uocamus, ſicut uocauerunt eam ante nos omnes Chriſti Mar- tyres & Pontifices ac uniuerſa per totū orbem terrarum Eccleſia Dei, ſed etiam geſtibus & ue ſtibus ſacerdotis conſecrantis, qui ſignis exter nis paſſionem domini & oblationem in cruce factam repreſentat. Vos autem hunc anti- quiſſimum atq; ſanctiſſimum Catholicæ Ec- cleſiæ ritum non ſolum temere abijcitis ſed eti am multis blaſphemijs oppugnatis, adeo ut & ipſum nomen Miſſæ oderitis, & tanquam por tentum & abominatio ſit, ad prolationem hu- ius uocis iubet ſuos Lutherus ſigno crucis ſe munire, non ſecus atq; ſi nomen Diaboli pro- ferretur. Et pro miſſa uſurpatis nouo more hāc uocem Cena domini: Cum tamen mors & paſ ſio Domini & oblatio Chriſti in cruce corpo raliter peracta, non tempore cenæ, ſed tempo- re prandij potius, circa tempus inquam meri- danum ſit facta, uoſq;, ſicut nos facimus, nō ce næ ſed ante prandij temp9, cenam Domini (ut uocatis) nouo ritu peragatis.

Hoſtia in cruenta. Nos in miſſa noſtra, non externam uiſibi- lem corporalem aut cruētam ſed myſticam in uiſibilem ſpiritalem et incruentā uictimam ſeu hoſtiam Deo patri religioſe offerimus & im- molamus, ſicut & Chriſtus ipſe myſtice obtu-

lit

lic & immolauit in nouissima cum discipu-
lis suis cœna, sicut asserunt Augustinus & Ru-
pertus Tuiciēsis.

Ad quid enim agnus Dei dicitur, nisi
quia pro peccatis hominum, sicut semel cor-
poraliter & cruente in cruce., Ita quotidie my
stice seu spiritualiter & incruente in missa Deo
patri offertur? Agnus igitur Dei non debet Exo. 12.
prius comedi quam immoletur, sicut clare te-
statur uerbum Dei de agno pascali, qui erat
typus huius superbenedicti & ueri agni nostri.
De quo in præfatione quadam dicetur, Ipse
enim uerus est agnus, qui abstulit peccata mun
di. Sic & in hostia pacificorum (quæ iti-
dem typus Christi fuit, sicut Esychius, Ori- Leui. 7.
genes, & Cyrillus testantur) non licebat de
ea comedere quicquam, nisi prius esset im-
molata & oblata. Vos autem, de im-
molatione & oblatione nihil cogitantes neq;
audire uolentes, tantummodo comedere & bi
bere desyderatis, sicut fecerunt olim carniuo-
ræ Iudæi, qui respicientes retro in Aegyptum, Nume. 11
spreto manna, dicebant Moysi, Da nobis car-
nes ut comedamus. Videte igitur, ne cena ue-
stra, In qua carnem Domini non offerre Deo
patri sed tantūmodo cōedere uultis, fiat uobis
in exitium & Iudiciū (quia in schismate nouo
ritu indigne comeditis) sicut factæ sunt illis
carnes Cothurnicum circa sepulcra concu-
piscentiæ.

Quod

Opus operatum. Quod autem reprehendis nos ob id, quod in opus operatum & missam respicimus, inique facis & impie, quia reprehendis opus & institutum Christi, quod nos per opus operatū & missam intelligimus, Siue igitur bonus siue malus sit sacerdos consecrans, opus tamen & institutum Christi secundum se bonum est semper. Sacerdos enim non propria uirtute sed uirtute institutionis & uerborum Christi consecrat, & quidem ministerialiter, Christus autem principaliter, sicut baptizat, ita & consecrat.

Ceterum de Purgatorio scripsi & ędidi libellum iampridem, in quo tot produxi ex utroque Testamento scripturæ testimonia, sanctorumque patrum assertiones, ad quas nemo adhuc uestrum respondit, ut hic plura de hoc dicere superuacaneum sit, quandoquidem tu solum irrides et negas, nihil autem rationū aut scripturarum contra Purgatoriū profers, Nobis igitur contra hæc nuda uerba tua sufficit hic Ecclesiæ Catholicę autoritas, aut si mauis, Lutheri tui assertio, qui sępe testatus est, se certissime nosse quod sit Purgatorium, in quo graues patiantur animæ pœnas. *Luth. in resolut: in disputa. lipsica.*

Quod autem ad principalem libri tui quæstionem, nempe de communione infantium attinet, tametsi nec ego schismaticorum in hoc quorundam Bohemorum opinionē & usum approbo, Tuam tamen resolutionem in omnibus approbare non possum, Certe si mihi pro

infantiū

infantium communione argumentari liberet, haberem uticꝫ multo plura, maiora & ualidiora argumenta, quæ tibi obijcere possem, quam sunt ista Quatuor, ad quæ tu prolixa styli & ingenij tui ostentatione, magis uerbose quam neruose respondes, Nolo autem hic sollicitus esse, an satisfeceris Quatuor illis, quas tu recitas, Bohemorum obiectionibus, nec ne, In principali enim sententia tecum, non cum illis sentio. Quoniam uero admisces quædam erronea de infantibus, quæ ad principalē quęstionem non pertinent (sicut & supra fecisti) de ijs te fideliter, ut corrigas, admonebo.

Primum igitur non approbo hæc tua uerba ubi contra primam illorum obiectionem sic ais, Ideo caro & omnis nostra natura, immunda, impia, incredula & contemptrix Dei est, & aliud non quam sentina omnis impietatis, latrina blasphemiarum in Deum, Vnde expectant eam crudelissima quæcꝫ, morbi innumeri, calamitates mille, anxietates & mortis angustiæ, quas nemo eloqui potest. Nam non potest aliud facere quam peccare, Deum contemnere & irridere &c. Hæc mihi potius Manichaica uidentur esse quam Christiana aut Catholica, si enim à malo principio creata esset natura humana, facilius credi posset, quod talis in Deum Opt. Max. esset, qualem tu dicis, Cum autem ipsa quocꝫ, sicut & angeli & aliæ creaturæ omnes, à Deo ipso (non à Sa-

Falsa naturæ humanæ criminatio.

tana aut ullo alio autore malo) creata sit, & cō
prehendatur simul cum alijs creaturis sub hoc
Gen. 1. uniuersali & diuino testimonio scripturæ, Et, uidit Deus Cuncta quæ fecerat, & erant ualde
bona, Non possum hanc tuam tam duram ac
dicam carnis & omnis naturæ nostræ accusationem comprobare. Quandoquidem ad imaginem & similitudinem Dei facta est, Deprauata quidem est per peccatum Originale, sed
hoc per baptismi gratiam ablutum & funditꝰ
Rom. 5. atq; radicitus (ut ait Augustinus ad Bonifaciū
Papam) ablatum est, ut in ea fiat, quod Apostolus dicit, Vbi abundauit delictum, ibi superabundat & gratia, Et possit homo per gratiā
Psal. 83. cum Psalmista uere dicere, Cor meum & caro
mea exultauerūt in Deum uiuum, sicut dixisse
fertur Monica, beata & pia mater S, Augustini. Quod autem remanet post baptismum in
nobis peccati fomes (qui & peccatum alicubi
dicitur, quia ad peccatum perpetrandum
inclinat) non debet propterea caro & omnis
natura nostra dici impia, incredula & contēptrix Dei, Quia datus est nobis fomes ille ad exercitium uirtutum, ut ait Gregorius Nazianzenus, ne in superbiam incidamꝰ aut socordiam,
si ab omni carnis pugna liberi ociose degeremus, sicut ait Apostolus.
2. Co. 12. Ne magnitudo
reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ qui colaphizet
me.

Ais itē

Ais item in solutione ad secundam illorũ obiectionem, quod nihil prerogatiui sit, quod habeant pueri, nam & aliorum omnium hominum sit regnum cælorum, Hæc quoqꝫ uerba tua noua & Theologis insueta sunt, nullibi in sacris literis expressa, Certe non nihil prerogatiui est pueris innocentia, Nec omnium aliorum hominum est regnum cœlorum, quia uia quæ ducit ad perditionẽ lata est, & multi ingrediunt̃ per eã, Angusta uero est uia quę ducit ad uitam & pauci inueniunt eam. *Innocentia paruulorũ* *Matth. 7.*

In solutione autem Tertiæ illorum obiectionis, multo adhuc duriora & absurdiora in paruulos dicere uideris, Primum sane, quod dicis, superstitiosam esse opinionem, adultis digniores esse Infantes, quia coram Deo nihilo sint meliores adultis. At siue de baptizatis loquaris, siue de non baptizatis utrobiqꝫ per innocentiam coram Deo digniores adultis sunt Infantes, Dico utrobiqꝫ, ut non conferas infantem non baptizatum cum adulto baptizato, sed baptizatum cum baptizato, non baptizatum cum non baptizato. Ille igitur coram Deo dignior est, qui minus peccati & plus innocentiæ habet, Talis autem est infans, non adultus. De adultis ait S. Iacobus. In multis offendimus omnes. Et ad adultos sic loquit̃ S. Petrus, Deponentes igitur omnem maliciã & omnẽ dolum, & simulationes *Infantes coram deo digniores adultis.* *Iac. 3.* *1. Pet. 2.*

& inuidias. & omnes detractiones, sicut mo-
1. Co. 14. do geniti infantes. Et Paulus ad Corinthios. fratres nolite pueri effici sensibus, sed malicia par uuli estote, sensibus autem perfecti.

Minus peccati habēt paruuli q̄ adulti. Quod autē obijcis multa scripturæ testimonia, quod omnes peccauerint, omnesq; declinauerint, & simul inutiles facti sint, Nemo id negat, sed non omnes peccauerunt æqualiter, sed alij plus & grauius, alij minus et leuius, Paruuli non nisi unum habent peccatum Originale, quod tamen baptismo tollitur, Adulti autem permulta Originali superaddunt per prauos actus & affectus suos, Unde pro infantiū causa sic scripsit olim S. Cyprianus una cum
Cypri. lib. 3. epistola 8. lxvi. Episcopis & Collegis suis ad fidum Episcopū. Si etiam grauissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccātibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, Quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagiū mortis antiquę prima natiuitate contraxit? Qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata &c, Hoc autem de adultorum nemine dici recte ac uere potest.

Calumnia in paruulos. Nego igitur istud, quod ais, Deinde etiam sæuit in omnes malicia sua Diabolus, impellit uniuersos ad omnis generis flagicia & errores
&

et blasphæmias, Si in hunc ordinem censentur & merito debent pueri. Quam ob causam uide buntur digniores coram Deo alijs? Respon= deo, sicut supra. Ideo digniores corā Deo sunt, si baptizati sunt, quia nullum in se habent pec catum, si autem adulti dixerint, se peccatum nō habere, mendaces sunt, & ueritas in eis non est. De quo autem infante legisti unquam, quod Diabolus impulerit eum in omnis generis fla= gicia, & errores & blasphæmias? Male igitur censes in hunc ordinem flagiciosorum errātiū & blapshæmātium, infantes, qui ab eiusmodi uicijs immunes, ab omnibus, etiam á Iudæis, Turcis & Gentilibus, dicuntur innocentes. Si= cut testat S. Aug. libro primo ad Marcellinū. dicens. An uero & hoc quæsituri, & de hac di sputaturi, & tempus ad hoc impensuri sumus, ut probemus atq; doceamus, quomodo per propriam uoluntatem (sine qua nullum pro= priæ uitæ peccatum esse potest) nihil mali con miserint infantes, qui propter hoc uocātur ab omnibus innocentes &c.

1. Ioh. 1.

Aug. de peccatorū meritis. li. 1. c. 35.

Sed adhuc multo absurdiora subiungis, dū sic ais. Siquidem ille ipse affectus libidinandi, scortandi, odiendi Deum, & perdendi alios, est æque in ipsis pueris atq; in senibus, nisi quod nondum pedē efferat ut in illis, Lupus (inquis) quem nuper enixa est lupa, nondum discerpit oues aut alias bestias, tamen uere lupus est, nisi quod ipsi propter imbecillitatem uirium & mē

Falsa de paruulorum affectibus opinio.

brorum corporis nondum liceat ferocire, etsiiam natura sit feroci ac prorsus lupina. Par ratio (ais) est de pueris, in quibus uere sunt affectus pessimi odij & contemptus Dei, item nocendi alijs, simulandi & dissimulandi uel bona uel mala. Ad hæc uerba tua responsurus, obijcio tibi primū uerba S. Petri superius allegata ubi hortatᵉ nos ut simꝰ, Quasi mō geniti infantes, deponentes omnē dolū, simulationes et inuidias etc. Si ergo boni Christiani adulti debēt deponere omnē maliciā, dolū, simulatiōes &c. tanꝗ modo geniti infantes, Qua tu quęso frōte dicis, in pueris uere affectꝰ esse pessimos odij et cōtemptꝰ Dei, itē nocendi alijs, item simulandi et dissimulandi uel bona uel mala? Nunquid

Mar. 10. tales complexus est Christus & dixit, Talium est regnum cælorum? At dixit potius discipu-

Matt. 18. lis suis, Amen dico uobis, quisquis non receperit regnum Dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Item. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Nullum in paruulis peccatum proprium.

Aug. ubi supra.

Audi igitur, quid nam contra tam immitem absurdāꝗ sententiam tuam, pro paruulorū innocentia, dicat, non Mundi huius Philosophus sed eximiꝰ inter omnes Catholicos Theologꝰ et Episcopus Augustinus in supradicto libro suo. Nonne (inquit) tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerum ignorantia, tam nulla omnino pręcepti capacitas, nullꝰ uel naturalis

uel con-

uel conſcriptæ legis ſenſus aut motus, nullus in alterutram partem rationis uſus, hoc multo teſtatiore ſilētio ꝙ̄ ſermo noſter proclamat atꝙ indicat? Valeat aliquid ad ſeipſam perſuadēdam ipſa euidentia. Nam nuſꝙ̄ ſic non inuenio quid dicam, ꝙ̄ ubi res, de qua dicitur, manifeſtior eſt ꝙ̄ omne quod dicitur. Vellem tamē (inquit) quiſquis hoc ſapit diceret, quod peccatum uiderit uel putarit infantis recentis ab utero, cui redimendo iam baptiſmum fatetur neceſſarium, quid mali in hac propria uita ſua per animum proprium corpuſue commiſerit. Hęc Aug. Cū igitur nullū ſit ꝓprię uitę peccatū in infantibꝰ, abſurde ꝓfecto tribuis eis peſſimos et maxime impios affectus iſtos, odiendi Deū et ꝑdēdi alios, atꝙ etiā (ꝙ cōtra cōmunē ſenſū eſt) affectꝰ libidinādi et ſcortādi. Nūqd ū qui tā impios in ſe affectꝰ habēt, intrabūt in regnū celorū? Si diceres de fonte pc̄ti Originalis, qui etiā in paruulis remanet, ſine actu tamē et affectu ac ſenſu, facile admitterē, ſed aliud eſt affectus, aliud fomes, fomes ineſt omnibus, qui cūꝙ in peccato Originali cōcepti & nati ſunt, Actꝰ autē et affectꝰ mali, á quibus homo iudicatur peccator et malus aut nocēs, In paruulis nō ſunt, Id quod Aug. ait euidentius eſſe quā omne ꝙ dicit, Abſurde igitur cōtrariū aſtruis, Nec tibi aut ſententiæ tuæ prodeſt exemplum de lupæ recenti catulo, Nemo enim eum tam nocentem dicit ꝙ̄ eſt lupus adultus aut uetu-

Differūt fomes & affectus.

 lus, Ideo

ſus, Ideo nec infans tam nocens & malus eſt, quam eſt homo adultus,

Poſtremo in ſolutione Quartæ Bohemorũ obiectionis, dum inter Baptiſmum & Euchariſtiam differentiam eſſe recte dicis, addis quędã uerba, quæ illorum obiectionem non euacuãt. Ais enim ſic. Baptiſmus eſt ſymbolum initiationis & ingreſſus in Eccleſiam. Euchariſtia uero oris teſtimoniũ & annunciationem mortis Chriſti coram omnibus hominibus requirit. Vnde Euchariſtię accipiendę ij ſunt idonei quicũq; corpꝰ Domini diſcernere, ſe ipſos probare, & cõſcientiã examinare, deinde qui mortem domini, corã toto mundo ore confiteri & annũciare poſſunt. Quę ꝑfecto nõ poſſunt fieri ab infantibus. Ideo ad hanc communionẽ non ſunt admittendi. Sed ſi ego cõtrariũ tuerer, ſicut tuentur Bohemi Calixtini, ad hæc dicerem. In baptiſmo quoq; requiri oris confeſ-
Rom. 10. ſionem & fidem cordis, Iuxta illud Apoſtoli.
Marc. 16. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Nam & ſaluator ipſe ait. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: Qui uero non crediderit, cõdemnabitur. Atqui infantes non diſcernunt aquam baptiſmi ab alia aqua, neque intelligunt quæ dicuntur à baptizante, necq; uirtutem ſacramenti per ſeſe credũt aut cognoſcunt. Nihilominus tamen baptizantur, eo quod patrinis ꝓ eis reſpondere permiſſum eſt, non ſolum tempore noſtro uerum

etiam

etiam tempore Apostolorum, sicut ex Dionysio cōstat. Cur igitur nō possint pari ratiōe ad Eucharistiæ quoq; perceptionē admitti, discernentibus & respondentibus pro eis ipsorū patrinis? Omitto hic multa consulto, ne quod scandalum infirmis pariant, quę ex B. August. contra tuam hanc sententiam proferri possint. Vnum id impugno nunc, quod bis hic ais. Eucharistiæ perceptionem requirere oris testimonium, & annunciationem mortis Christi coram omnibus hominibus & coram toto mundo. Quis quæso Laicorum, quantumuis adultus fuerit, exigitur, dum Eucharistiam accipit, oris testimonium et annunciationem de morte Domini coram toto mundo proferre? Sunt inter Christianos plærisq; surdi & muti, qui utiq; digne possunt Eucharistiam in fide Ecclesiæ accipere, licet oris testimonium proferre nequeāt. Non recte igitur habet hæc tua (ut innumerę aliæ superius reprobatæ) sententia. *Dionysi. In Eccle. hierar. c. 7*

Habes iam Moibane meam de tribus libris tuis nuper ęditis sententiam, quam à te legi peto & opto non alio sane, quam ego scripsi, studio ueritatis, piaq; de animarum salute sollicitudine, & oculo simplici ad examinandam cōscientiam, quæ intus tibi dicat, ubicunq; errasse te cōuicerim. Peccasti, quiesce, age penitentiā, redi ad cor, & opera prima fac. Quod utiq; fiet, si non tuæ per superbiam & Philautiam propriæ inniti uolueris prudentiæ. Nam & ego *Cōclusio libri.* *Apoc. 2.*

uicissim tibi polliceor, me cõtra agnitam ueri-
tatem nihil tueri uelle, neq; pertinaciter obsiste
re recta monenti, neq; ueros, qui in Ecclesiam
uel negligentia aut inscitia uel auaricia alijsue
uitijs Praelatorum & Ministrorum Ecclesiae
sensim irrepserunt, abusus defensare. Vincat
ubiq; ueritas, tollantur haereses, scandala, abu-
sus & schismata, redeat iam diu desyderata pax,
unitas Ecclesiae, & piarum mentium una fides
Rom. 15. spes & charitas. Deus ergo patientiae &
solacij det nobis idipsum sapere in al
terutrum secundum Iesum Chri
stũ, ut unanimes uno ore (si-
cut pie ac foeliciter fece-
rũt Maiores nostri)
honorificemus
Deum et pa
trem do-
mini nostri Iesu Christi, qui est be-
nedictus in saecula seculo-
rum Amen.

Nouus

NOVVS CANON
D. Ambro. Moibani.

CANON

VT VOCANT MIS-
sæ ex Euangelistis, & Paulo Apo-
stolo Esaia & Daniele Pro-
phetis. Christiano fratri.

TALES VELIM
omnes Christi discipulos esse, ut crebri-
us cogitent. Quid in Cruce actum sit,
quam Crucem in uentum figant,
fidem Crucis maximam
esse oportet.

CRVCIBVS PICTIS
opus non habent qui Christum
uiuunt.

Textus I. ex Luca.



ENIT dies azymorum, in qua necesse erat immolari Pascha & misit Iesus Petrum ac Ioannem dicens. Euntes parate nobis Pascha, ut edamus. At illi dixerunt. Vbi uis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret homo quidam, uas aque testaceum portans, sequimini eũ in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias ædium. Dicit tibi Magister, ubi est diuersoriũ, ubi Pascha cũ discipulis edam? Et ipse ostendet uobis cænaculum magnum stratum, ibi parate. Euntes autem uenerunt in ciuitatem & repererunt quemadmodum dixerat illis, & parauerunt Pascha. Et cum uesperia, iam esset, uenit Iesus & accubuit

acduo

ác duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcum antequam patiar. Dico enim uobis poſthac nō edam ultra ex eo, donec compleatur in regno dei. Et accepto poculo, gratias egit ac dixit. Accipite hoc & diuidite inter uos. Dico enim uobis quod non bibam poſthac ex hoc fructu uitis uſq; in diem illum, cum illud bibam uobiſcum, nouum in regno patris mei.

Veſcentibus autem eis, in ea nocte in qua Ieſus traditus eſt, accepit Ieſus panem, & cum gratias egiſſet, fregit deditq; diſcipulis ſuis, & ait. Accipite, comedite. Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in mei recordationem. Text. II.

Similiter & poculum, poſtquā cenauit cū gratias egiſſet, dedit illis Text. III

dicens,

dicens, bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus, qui est noui & ęterni testamenti qui pro uobis & pro multis effunditur in remissionē peccatorum. Hoc facite quotiescunque biberitis in mei commemorationem. Quotiescunqꝫ enim comederitis panē hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem domini annuntiate, donec uenerit.

Tex. IIII Domine deus pater noster. Attende de cœlo & de solio glorię tuæ nos respice, qui facti sumus ut immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Et cecidimus quasi folium uniuersi & iniquitates nostræ quasi uentus abstulerunt nos. Errare enim nos fecisti de uijs tuis, indurasti cor nostrū, ne timeremus te. Cōuertere propter multitudinem uiscerum tuorum ac

Esa. 63. d. Hic nō habetur sed infra 64. b. Esaie 63. sed aliter.

Esa. 64. b

misera-

miserationum tuarũ. Ecce tu iratus es & non est qui consurgat & teneat te, quia tibi peccauimus & in ipsis peccatis sumus semper, Et nunc domine pater noster es tu, nos uero lutum. Et fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice nos, populus tuus omnes nos, & tẽplum sanctificationis glorieq; tuæ, Per dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Per omnia secula secul. Oremus.
Preceptis salut. Pater nost.

Domine deus custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, Auertatur obsecro ira tua à nobis quia tibi peccauimus. Et exaudi orationem serui tui, Aperi oculos tuos & Text. v. Dan. 9. b.

ōs & uide desolationem nostram. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miseratiōibus tuis multis, Placare domine. Attēde & fac ne moreris propter temetipsum. Deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super populum tuū, cui tu dabis pacē, ne timeat sed confortetur usq; in sempiternum, Per dominum nostrum Iesum Christum Amen.

Per omnia secula secul. Pax domini.
Agnus dei.

Ad Communionem.

Text. VI. Domine meus & deus meus Iesu Christe dixisti. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego requiem uobis prestabo. Ecce

ego

ego pauper ad diues Testamentum accedo, o domine, adauge mihi fidem, & adiuua incredulitatem meã. Corpus domini nostri Iesu Christi est uictima & oblatio pro omnibus peccatis meis. Sanguis domini nostri Iesu Christi est emundatio omnium peccatorum meorum.

Benedictio.

Benedicat nobis dominus & custodiat nos, ostendat nobis faciẽ suam & miseriatur nostri. Conuertat dominus uultum suum ad nos et det nobis pacem. Numeri 6. Benedicat ✠ nos deus, deus noster, Bene ✠ dicat nos deus & metuant ✠ eum omnes fines terræ, Psal. 66. Text. VII

NOVI CANONIS Missæ, a Moibano compositi, Confutatio per Io. Cochlæum.



OST euulgatos in publicũ Tres libellos tuos, Moibanæ, quibus iam responsum est, contigit mihi uidere nouum Canonẽ Missæ, quem tu non finis uulgo præstare uenalem, sed secretius facis eum uendi ijs duntaxat, qui sectæ aduersus Papam dant nomen, & ueterem Missæ ritum in concionibus & Parochijs suis rejciũt atq; blasphemant, tuumq; nouũ Canonẽ antiquis Ecclesiæ libris Missalibus inserunt, ut ea fraude Laicis imponant, quasi nihil subsit noui, quod argui debeat.

Idololatria Lutheranorũ Et hoc astu magnam Slesiæ partem circumuenis, & Idololatriæ obnoxiam facis dum iuxta Canonem tuum aliter quã oportet Eucharistiã cõsecrant Symmystæ tui, q uel Apostatæ sunt rebelles & excõmunicati, uel rudes Laici nullis sacris ordinibus rite ab ullo Episcopo initiati. Tales enim reuera non consecrant, tum quod Ecclesiæ forma & intentione non utuntur in prolatione uerborũ, tum quod maxima eorũ pars meri Laici sunt, à nullo Episcopo in sacerdotes ordinati. Reipsa igiť nõ aliud

ibi

ſbi agunt, niſi quod merũ panẽ merumq́ uinũ populis ꝓ corpore & ſanguine Chrĩ porrigũt & adorandum prebent, ſi tñ in hac barbarie ueſtra (uſq adeo irreligioſa) adoratᷣ adhuc Euchariſtia, quã non adorare tutius eſſe iam pridẽ docuit Lutherus. Superat hoc immane crimen Idololatriæ ueſtrę oẽm retro gentiũ Iudæorũq́ impietatẽ, ſi uerũ dicere liceat. Quę.n. gens uſq aut unquam tam barbara fuit, ut panẽ piſtoriũ, creaturam prorſus Irrationalẽ, nulliuſq́ ſenſus aut intellectus capacẽ, ꝓ Deo ſuo habuerit aut adorauerit? Legimus qdem in prophetis, gentes adoraſſe ligna, lapides, aurũ & argentũ, opera manuum hominũ, at non ſecundũ ſeſe, ſed ut erant Idola et ſimulacra Deorũ ſuorum, Iouis, Mercurij, Veneris, Dianæ, Baal, Dagon, &c. Quos impio errore ueros Deos eſſe credebant, cum flagitioſi fuerint homines, Quemadmodum Doctores noſtri Clemens, Iuſtinus, Tertullianus, Athanaſius & plærīq; alij in ſuis ad gentes Apologijs magnifice declararunt, ampliſſime uero Cyrillus Alexandrinus Patriarcha aduerſus Iulianũ Imperatorẽ Apoſtatam. *Luth. ad Vualden.*

Tui aũt ſacerdotes noui, o Moibane, nõ rationabilẽ aut intellectualem hominẽ aliquem aut angelum, ſed merũ panẽ, loco Euchariſtiæ uenerandũ obtrudũt, & ꝓ corpore Chriſti tradũt. Multo ſane peiores in hoc atq́ ſceleratioris quã fuit Iudas traditor Chriſti. Hic. n. ſemel duntaxat tradidit Chrm̃, idq́ Dei ordinatione *Sacerdotes Lutherani peiores Iuda Traditore.*

factum est in salutem totius generis humani. Tui autem Collegæ produnt ac deprauant crebris uicibus ueritatem Christi, fictis suis consecrationibus, in æternam damnationem tot milium animarum, quibus nequissime deceptis, falsam Eucharistiam pro uero pane uitæ tradunt. Non est igitur leuis mihi scribendi causa aduersus nouum Canonem tuum, per quem tam horrenda scelera & sacrilegia passim perpetrantur, in omnibus Parochijs, quibus Canonem tuum uenditas, faxit Deus Opt. Max. ut labor hic meus non redeat ad me uacuus, sed faciat fructum aliquem, siue in corde tuo si rem digne consyderaueris, siue in male deceptis à te, si errore depræhenso recogitauerint aduersum

Psal. 115. te illud Psalmistę, Omnis homo mēdax. Quo

1. Tim. 3. modo enim mendax non sis, qui aduersus Ecclesiam (quæ columna & basis est ueritatis) nouum effingis Idolum cordis tui, Canonem inquam nouum, quem nescierunt omnes patres & maiores tui?

Confusio Lutheri et Zuinglij.

Num ignoras, quam turpiter ante te cōfusi sunt nouis missandi formulis & canonibus Lutherus & Zuinglius? Eo enim dementiæ & impietatis in furore suo Diabolico progressi sunt ambo, ut ipsam missam tandem, post futiles & supbas Canonis antiqui emendationes, ita detestati sint, ut nomen ipsum Missæ factum ipsis fuerit abominabile, non secus atq; ipsius Satanæ nomen.

Minor tamen illorum quã tua uideri poteſt impudentia. Quoniam ſacerdotes legitime ordinati fuerunt ambo,& Miſſæ Canonem atq; ritum melius nouerunt,quã noſſe potes tu homo Laicus,cui neq; collata aut conceſſa eſt, ab ullo Epiſcopo conſecrandi poteſtas,neq; data miſſam celebrandi autoritas. Quicquid facis hac in re, nullo prorſus iure facis, mera uis ac rebellio eſt & facti temeritas,fuerit igitur operæ precium,ob oculos tibi ponere Canonem tuum, In quo conſyderes, quam cæca ſit Philautia,quæ tam audax & impium facinus tibi perſuaſit. Etenim Titulus ita habet. *Impudentia Moibeni.*

CANON, UT VOcant, miſſæ, Ex Euangeliſtis & Paulo Apoſtolo, Eſaia & Daniele Prophetis. Chriſtiano fratri.



Rimum ergo dic mihi queſo, Moibane. Quis te conſtituit iudicem ſup Eccleſiã, matrem tuam,quæ te per regenerationis lauacrum in Chriſto Ieſu genuit? Cur dimittis Canonem Eccleſiæ antiquum,nouumq; effingis? Hoc tibi prohibet uer- *Reatus Moib. per nouũ Canonem.*

Prouer. 1. bet uerbũ Dei manifeste in Parabolis Salomo-
& 6. nis. Ne dimittas (inquit) legẽ matris tuæ. Et
Matth. 18 Euangeliũ diserte tibi præcipit, ut audias Ec-
Gala. 1. 5. clesiam, Apostolus prçterea dicit, Anathema ei
qui euangelizauerit nobis aliud quã quod ac-
Rom. 16. cepimus, & abscindi cupit eos q nos cõturbãt.
Iubet itẽ declinare ab illis, qui dissensiões & of-
fendicula, præter doctrinã quam didicimus, fa
ciunt. Ex his agnosce iam, quã grauiter reum
coram Deo & conscientia tua faciat te nouus
Canon tuus, p quẽ factus es desertor legis ma
Act. 10. ternæ, transgressor Euãgelij & Anathema Pau
Temera- li Apostoli. Christus Dñs, qui utiq; à Deo cõ
rius iudex stitutus est iudex uiuorũ et mortuorũ, (ut atte-
statur Apostolorũ Princeps Petrus) præcepit
nobis, nõ iudicare sed audire Ecclesiam, et suo
exemplo nos docuit, ne temere usurpemus no
Luc. 12. bis iudicandi facultatẽ, dicens cuidam. Homo,
quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorẽ supra uos.
Matth. 7. Et generaliter dixit. Nolite iudicare, & non iu-
dicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis,
iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis,
remetietur uobis. Qua tu igitur fronte aut con
scientia iudicas, Moibane Laice, de Canone an
tiquo Ecclesiæ, cuius iudicium tibi nemo de-
dit, Cuius uirtutẽ ignoras, Cuius sacratissima
uerba ne legere quidem dignus es homo pro-
phanus, & nullo sacro initiatus ordine? Quis
Laicorũ ante te tam grãde sibi usurpauit iudi-
ciũ? Audi ergo impudens Laice, qd sancto Ti-
motheo

motheo scripserit S. Dionysius, Obserua (in- *Dionysi:*
quit) diligentius, ne sancta sanctorum efferas, *in Hierar.*
neu prophanis luminibus uiolanda pmittas, *Ecclesi.*
uerũ reuereberis magis, occultiq; Dei mysteria
spiritualibus inuisibilibusq; notionibus hono-
rabis, atq; intemerata seruabis, nequaq; ea pas-
sim rudibus tradens, sed sanctis solis sancta-
rum rerum intelligentias sacratius pandens.
Tibi igitur o Moibane non est fas, sacra Cano
nis nostri mysteria effari in publicum, multo
minus super ĳs iudicare. Cum & Vergilius ti
bi dicat tuiq; similibus sacrarum rerum teme-
ratoribus. Procul este prophani.

Deinde dic, si potes, quis tibi concesserit *Ambitio-*
autoritatem, colligendi nouum Canonem ex *sum studi*
Euangelistis & Paulo Apostolo, Esaia & Da- *um Moib.*
niele prophetis. Cur tibi ipsi hunc sumis hono
rem, ad quẽ te nemo uocauit? Paulus uero ait. *Heb. 5.*
Nec quisquam sumit sibi honorem. Itẽ. Vnus *1. Cor. 7.*
quisq; in qua uocatione uocatus est in ea per-
maneat. Laicus es, nemo te uocat aut rogat,
ut sacerdotibus nouum præscribas aut colli-
gas Missæ Canonem. Dicit tibi sapiens. Al- *Eccl. 3.*
tiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruta-
tus fueris. Dicit tibi Apostolus. Non plus *Rom. 12.*
sapere quam oportet, sed sapere ad sobrieta- *Matth. 29*
tem. Item. Noli altum sapere, sed time. Di-
cit tibi Euangelium. Qui se exaltat humiliabi-
tur. Moabitica profecto est hæc tua superbia
quando plus uis sapere quam sapuerunt M. D.

annis tot sancti patres & Doctores Ecclesiae, qui nostro Canone antiquo usi & contenti fuerunt. Audiuimus (inquit propheta Esaias, & post eum Hieremias quoque) superbiam Moab, superbus est ualde, superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plus quam fortitudo eius.

Esaie 16. Hiere. 48

Indocta Rhapsodia.

Tertio dicas uelim. Cur ex Esaia & Daniele potius quam ex aliis prophetis Rhapsodiã hanc tuam collegeris. Cum eorum uerba, quae affers, neque de cena Domini neque de Eucharistiae consecratione & communione, neque de sacrificio altaris, ullam faciant mentionem. De quibus tamen praecipue in Missae Canone tractari solet. Certe multo accommodatiora sunt scripturarum loca, quae de hoc sacramento referunt beatissimi Patres & Archiepiscopi, Cyprianus & Ambrosius, quam sunt ista duo loca, q̃ tu indocte ac temere affers ex Esaia & Daniele. Nec mihi (quantumuis scripturarum parum perito) difficile foret, multa & plura & ad rem magis attinentia scripturarũ loca colligere quam tu collegisti, si operae precium esse uideretur. Quantas enim figuras de hoc sacramento protulit nobis diuinitus in Quinq; libris suis Moyses? Quantas habent libri Regum? Quantas liber Psalmorum? Quantas prouerbia Salomonis & liber sapientiae? Quantas tũ alij prophetae, tum ijdẽ ipsi, quos tu citas, melius & apertius in aliis dictis suis?

Cypria. in Epistolis li. 2. epi. 3. Amb. de sacramentis & de initiandis.

At bre-

At breuitatis gratia sufficiat hic unicus lo-
cus ex ultimo ac pene breuissimo Propheta
Malachia, Cuius hæc sane sunt uerba. Quis Mala. 1.
(ait Dominus) in uobis qui claudet ostia & in
cendat altare meum gratuito? Non est mihi uo
luntas in uobis, dicit dominus exercituum, Et
munus non suscipiam de manu uestra. Ab or-
tu enim solis usque ad occasum, magnum est no
men meum in gentibus, & in omni loco sacri-
ficatur & offertur nomini meo oblatio mun-
da. Quia magnum est nomen meum in genti-
bus, dicit Dominus exercituum. Et uos pollui
stis illud in eo quod dicitis. Mensa Domini
contaminata est, ut quod superponitur con-
temptibile est, cum igne qui illud deuorat. Hæc
Dominus ipse per Malachiam prophetam su-
um, In quibus breuiter & aperte fit men-
tio de altari de sacrificio et oblatione
munda, de mensa Domini &c.
De quibus & in Canõe Mis
se præcipue tractatur.

Et hæc de titulo
tui Cano-
nis noui
dicta
sint. Cui mox ista subiungis uerba,

Tales uelim omnes Christi disci-
pulos esse, ut crebrius cogitent quid
in cruce actum sit, quam crucem in
uentum figant.

Fidem crucis maximam esse opor
tet, Crucibus pictis opus non ha-
bent, qui Christum uiuunt.

ADuersus hæc noua impietatis aconita
uestra pręparauit nobis antiquum pie-
tatis antidotum Paulus Apostolus, ubi
Phil.3. ait ad Philippenses. Multi autē ambulant, quos
sæpe dicebam uobis, nunc autem & flens dico,
inimicos crucis Christi, Quorum finis interit9.
quorum Deus uenter est, & gloria in confusio-
Inimici ne ipsorum qui terrena sapiunt, Vere tota Lu
Crucis theri secta inimica est crucis Christi, sicut & in
Christi. alio tibi Moibane libro respondi, Quid mirum
igitur, si finis uester interitus est sempiternus, et
uana gloria uestra sempiterna coram Deo &
Mătt.24 omnibus angelis & electis eius confusio, quan
do parebit hoc signum filij hominis in cælo, in
maxima sane maiestate & gloria, Nihil enim
habebitis uos miseri, quod filio hominis iuste
respondere possitis de tantis blasphemijs sacris
legijsq; uestris, quæ tot iam annis furiosissime
simul & rapacissime perpetrastis contra salu-
tare, au-

tare, auguſtum & tremendum iſtud eius ſig- num, Cuius aureas & argenteas imagines, re et opere præcioſas, ſacrilega cupiditate conflaſtis & abiectis uiliter in lutum ſacris reliquijs, aurum & argentum illud ad ſuperbiam ueſtram pompamq; mundanam in prophanos uſus conuertiſtis, Ligneas uero & lapideas Crucifixi imagines diſſecuiſtis, et irreligioſiſſima barbarie deturbaſtis non ſolum è templis & baſilicis uetum etiam è ſtratis & publicis uijs. *Sacrilegia Lutheranorum.*

Non miror itaq;, te hic picta, aut digitis in aerem ſiue ad frontem formata crucis ſigna irridere. Cum ſceleratus magiſter tuus Lutherus, ipſum ſubſtantiale lignum crucis, in quo totius mundi ſalus pependit, non uereatur calumniari, tanquam impie à S. Helena inuentum & à Chriſtianis principibus exaltatum, quod ipſe mallet ix. Cubitis in terra defoſſum & abſtonditum. Nos autē Chriſtiani, religioſe dicimus cū Apoſtolo. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, In cruce. n. ſua uicit & expoliauit domin9 Principatus et poteſtates tenebrarū, delens Chirographū decreti, q̄d aduerſum nos erat, atq; traducēs inimicos noſtros cōfidenter, eoſq; palā in ea triūphans, Merito igiť ſacroſanctū nobis eſt Crucis chriſti trophęū, ubicūq; fixū aut poſitū fuerit, Quod et innumeris Exorciſtarū experimētis ſcim9 Diabolo et omnibus angelis eius formidabile eſſe, Cuius myſteria ſancti patres *Impietas in Crucē Domini. Luth. in ſermo. Gal. 6. Coloſſ. 2. Trophęū Chriſti.*

amplissimis concelebrarunt laudibus, Ingeniosissime uero Rabanus in admiranda carminũ dispositione & figura. Hic sufficiat paucula ex uno S. Chrysostomi sermone crucis proferre prçconia. Crux (inquit) spes Christianorum,

Praeconia Crucis.

Crux resurrectio mortuorum. Crux cæcorũ dux, Crux desperatorum uia, Crux claudorũ baculus, Crux consolatio pauperum, Crux refrenatio diuitum, Crux destructio superborũ, Crux male uiuentium pœna, Crux aduersus dæmones triumphus, Crux deuictio Diaboli &c. Non est igitur noua apud nos Christianos Crucis religio, & in frontibus nostris signatio, Ab Apostolis eam habemus traditionẽ, uti clarissime testantur antiquissimi patres, Dionysius Areopagita, Ignatius, Irençus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus &c. Quod & antiquissima baptizandi forma in publicis attestatur agendis & Ecclesiarum libris. Contestantur & historiæ antiquæ Crucis uirtutem, De qua celitus dictum fuit Constantino magno, dum ostenderetur ei signum crucis, in hoc uinces Constantine.

Crucis religio ab Apostolis tradita.

Euseb. in Eccl. hist.

Vos igitur, qui tam barbari estis Crucis Christi inimici, nequaquam pro ueris Christianis, sed pro meris Apostatis habendi estis, Cum sitis in hac impietate uestra deteriores ipso etiam Iuliano Imperatore Apostata, Qui tametsi à fide Christi ad paganismũ desciuit, subito tamen pauore correptus, uisis Diabolis, per signũ crucis eos à se fugasse legitᷓ

in Tri-

in Tripartita historia. Vos autem hoc signū ir-rideτis, quod tunc non fecit Apostata Iulianus. sic enim habet historia. Magus quidam Iulianum producens ad quendam idolorum locū, & intromittens in adytum, seductores dæmones euocauit. Quibus solemniter apparentibꝰ terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formare signaculum, Tunc Dęmones, Trophæi Dominici figuram respicientes, & suæ recordati deuictionis, repente disparuerunt &c. *Histo. Tripartita, li. 6. c. 1.*

Quod autem ais Moibane, Crucibus pictis opus non habere, qui Christum uiuunt, futile est & falsum, Tum quia uel sanctissimi homines, qui pro modulo infirmitatis humanæ Christum in uita sequuntur, opus habent contra dæmonum insidias signaculo Crucis, quoniam uires humanæ per sese omnem dæmonū nequiciam repellere non possunt, ueri igitur Christiani non suis uiribus aut suæ confidunt prudentiæ aut sanctitati, sed crucis se muniunt signaculo, in ædibus, in lecto, in itinere, & ubicunq; opus fuerit. Tum quod falsissimum est, uos Christum uiuere, cum sitis non solum hæresibus contaminati à planta usq; ad uerticem, uerum etiam mundo & carni sic indulgetis, ut nulli Turcæ aut Iudæi à uita Christi longius abesse uideri queant quam abestis uos. *Opus esse Christianis Crucis signaculo.*

Hæc de proœmio dicta sint. Adiungis Teuthonice, dictum Canonem tuum in Germanicum uersum, & post Latinū in fine subiunctū.

Quisquis

Quiſquis autem nouit Germanicum legere, facile deprehendit, ne dimidium quidem Canonis tui latini in Germanico expreſſum eſſe, nec in omnibus recte correſpondere latino quod uerſum eſt. Vſq; adeo abuteris indoctorum ſectæ tuæ ſacerdotum ſimplicitate, et mentiri nõ erubeſcis.

Primus noui Canonis textus, ex Luca.

Deinde exordium Canoni tuo facis ex Euãgelio ſecundum Lucam, licet abſq; titulo, Cunq; ad nouitates ubiq; pruriant tibi manus, nõ conſueto receptæ tranſlationis latinæ textu uteris, ſed multa uerba innouas, aliterq; ponis quam habet textus noſter. Cunq; bene longꝰ ſit textus tuus, quem recitas, tamẽ multo plus habet de figura & umbra ueteris Paſchæ, quã de ſubſtantia et ueritate Corporis & ſanguinis Chriſti, Quare longe minus facit ad rem principaliter intentam, quam faciunt uel aliorum Euangeliſtarum, ut Matthęi & Marci, breuiores textꝰ, uel Canonis noſtri ſeries, ubi ait. Qui pridie q̃ pateretur &c. Vana igitur & inutilis eſt hæc Canonis tui nouitas, tam ſuperbe ac maligne affectata, Ad quam ſane inſtituendã aut alijs proponendam, nullam habes poteſtatem, cũ neq; Epiſcopus ſis neq; uere Parochus, ſed omnia hæc facis temeritate propria, idq; admodum ſupino in delectu particularum iudicio. Adde, q parũ fidus deprehenderis in Euangelici textus recitatione, Ita. n. habet Lucas circa finem primi huius textus, quem ponis.

Infidus recitator.

Dico. n.

Dico enim uobis, quod non bibam de generatio ne uitis, donec regnum Dei ueniat. Tu uero sic recitas. Dico enim uobis, quod non bibā post hac ex hoc fructu uitis, usque in diem illum, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. At dices, te hæc uerba ex alio Euangelista non ex Luca, recitasse, Cur uero id non indicas lectori? Quo iure Euangelistarum uerba pro libitu tuo confundis? Et tantum de primo Canonis tui textu dictum sit, qui sic ordi tur. Venit Dies azymorum &c.

Secundus deinde textus, quem ponis, etsi multo est breuior primo, tamē in eo quoque te meritatis arguendus es, Tum quod nullius Euangelistæ uerba in sua permittis synceritate sed ex proprio capite cōfusam ex diuersis formulam uerborum temere corradis, Neque enim ullus Euangelistarum neque Apostolus Paulus sic habet, sicut tu recitas. Vescentibus autem eis (inquis) in ea nocte, in qua Iesus traditus est, accepit Iesus panem. At clarius ac succinctius ait Matthæus. Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem. Sic & Marcus ait. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem. Lucas adhuc breuius ait, Et accepto pane gratias egit et fregit. Paulus uero sic. Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panē. Tu uero Moibāe, per nouam rhetoricā uerba multiplicas, grammaticā interim parū probe obseruās, dū ais, in ea nocte, in qua Iesus traditus est, accepit Iesus panē,

Ineptus recitator.

Cur bis

Cur bis ponis immediate ad duo uerba eundē casum rectum? Si duo essent dicti Iesus, sicut Duo Iacobi, ex tua uerborum formula incertū foret, an de uno tantum, an uero de duobus loquereτur, Cum igitur hic neq; Euangelistarum ullus, nec Apostolus, bis posuit nomen Iesus, nec tu bis ponere debuisti, sed rectius dixisses cum Paulo, Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem. Et hæc de secundo textu tui Canonis breuiter annotata sint.

Prophana uocum nouitas. In tertio quoq; textu curiosa est tua uerbositas, & prophana uocum nouitas, temeriaq; ex diuersis confusio. Similiter & poculū (inquis) postquam cenauit, cum gratias egisset dedit illis &c. Dic quæso Moibane, quid causæ, præterquam inanis Philautia, mouit te, sic mutare uerba Euangelistarum & Pauli, circa rei sacratissime traditionem? Si Vergilij Ouidijq; uerba adeo temere mutares & confunderes, quis Grammaticorum te non reprehenderet? At facis hoc circa sacrosancta & summa religionis Christianæ mysteria, absq; ulla necessitate & causa, In hoc duntaxat, ut collegis & symmystis tuis doctior uidearis, quasi clarius & plenius expresseris uerba sensumq; Christi q̃ fecerint Paulus et omnes Euangelistæ. Quis Christianorum hanc tam impudentem & impiam Philautiam tuam ferat? Nolo tibi improperare specialiter, quod contra receptum Ecclesiæ textum, pro Calice poculum ponis, quādo

id tib

id tibi cum multis, qui nouitatum studiosi sunt commune esse uideo. Quanquam & .lxx. interpretes & Hieronymus ubique in psalmis tum ex Græco tum ex Hebræo posuerunt Calicem, non poculum.

Psal. 15. 21. et. 115.

Deinde, cum usurpes Lucæ & Pauli uerba, quæ sic habent. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens. Tu tanquam illis doctior aut eloquentior, uis eorum supplere defectum adijciens hæc uerba, quę ipsi non habent, Cum gratias egisset, dedit illis. Qua id facis autoritate? Non ignoras, credo, id tibi multipliciter in sacris literis prohibitum esse, Ita enim ait Moyses in Deuteronomio. Non addetis ad uerbum quod loquor uobis, nec auferetis ex eo. Et Salomon in prouerbijs. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se, Ne addas quicquam uerbis illius, & arguaris inueniarisque mendax. Item Ioannes in Apocalypsi in eandem sententiam horrendam apponit comminationem, siquis addere aut diminuere ausit ad uerba libri sui. Tot diuina oracula tu Moibane pro nihilo habens, In Euangelistarum & Pauli textibus temere addis ac diminuis, atque etiam diuersorum uerba inordinate confundis, perinde atque facit porcus in agro, per diuersa loca absque delectu et ordine terram rostro effodiens. Proinde uideri poteris & tu unus esse ex porcis illis, de quibus ait Dominus, Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas uestras

Temeraria uerborum mutatio et addi tio.

Deut. 4.

Prou. 30.

Apoc. 21.

Matth. 7.

Noui & æterni testamenti. ante porcos? Nam & hæc uerba (Hic est sanguis meus, qui est noui & æterni testamenti.) nullus Euangelistarum neq; ullus prophetarum aut Apostolorum sic posuit, sicut à te posita sunt. Quanq; Matthæus eadem ponit, nisi q; non addit (ut tu facis) hanc uocem Aeterni. Quis autem tibi hanc addendi potestatem dedit, cum tu in eiusmodi nolis agnoscere Ecclesiæ autoritatem, ideo non eandem potes habere excusationem, quam habet Ecclesia cum filijs suis, cum uos Lutherani non filij, sed desertores & hostes Ecclesię sitis. Quod si in hac additione sequi uoluisti Ecclesiæ formam, Cur non per omnia eius formam in sanguinis consecratione secutus es? Ipsa enim sic habet. Hic est enim Calix sanguinis mei, noui & æterni Testamenti, mysterium fidei &c. Tu autem in tua formula & calicem & mysteriū fidei omittis, De quibus sane Ecclesiæ uerbis pulcre rationem reddit cuidam Episcopus Innocentius Papa Tertius in decretali quodam Epistola, quam una cum reliquis & sanctorum patrum decretis & Rom: Pontificum decretalibus sceleratissimo ausu comburere non erubuit scelerum uestrorum magister Lutherus, ut contra omne ius habeatis uos Apostatæ inobedientiæ & maliciæ uelamen libertatem, quam nō iure ullo sed impia rebellione uobis usurpatis, acquirentes uobis per hoc æternam damnationem, quia superiori potestati resistitis, & per hoc or

[Ex]tra. de celebratio[n]e missa[r]um. c. cū Marthæ.

1. Pet. 2.
Ro. 13.

hoc ordinationi Dei, ait Apostolus.

Quartum uero tui Canonis textum, ex Esaiæ duobus Capitulis confuse & inordinate consarcinasti, sicut solet porcus in agro sine delectu & ordine scrobes facere, Nunc enim ex capitulo. lxiiij. nunc ex. lxiiij. nunc rursus ex. lxiiij. confuse rapis & colligis quædam prophetæ uerba, Quæ & falso intelligis, & in fine quorundam additione deprauas. Esaias enim hæc uerba (& templũ sanctificationis gloriæq; tuæ) non habet, Quæ tu superba ostentatione temere addis, Cum ad priora prophetæ uerba non bene quadrent. Quomodo enim sumus templum sanctificationis gloriæq; Dei, si immundi sumus omnes, & quasi pannus menstruatæ sunt uniuersæ iustitiæ nostræ, Nũquid in talibus templis usq; adeo immundis (ut tu dicis) habitat Deus? Ipse uero longe rectius ait populo suo. Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus deus uester. Item, Sancti eritis mihi, quia sanctus ego sum Dominus; & seperaui uos à cæteris populis, ut essetis mei; Sic & de ciuitate cœlesti rectius ait in Apocalypsi Ioannes. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni.

Praua additio.

Leui. 19. & 20.

Apoc. 21.

Vides ne iam Moibane, quam misere deceperit te Moabitica supra uires tuas arrogãtia & superbia tua? superbe attentasti noui

Mala turris quam ædificat Moib.

Canonis turrim ædificare, & non computasti prius sumptus qui necessarij sunt. Iure igitur possunt illudere tibi omnes Catholici, & dicere, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare. Non est hæc ædificatio tua turris Dauid aut turris fortitudinis & abundãtiæ, sed turris Babel & confusionis, In qua nimis indocta & inepta est lapidum aceruatio uerius quã compositio. Est enim & tuus iste Canon et omnis uestra tum doctrina tum practica circa Missam & Eucharistiam reuera nihil aliud quam turris Babel & ædificatio ad Gehennam, quã immundi per uos ædificant spiritus quando docetis, præsertim in Babylonica captiuitate Lutheri uestri, Eos maxime dignos & idoneos esse ad sumendam Eucharistiam, quos peccata sua adhuc mordent aut titillant, Cæteris eam nihil prodesse, Hanc impietatis & nefandæ falsitatis turrim tu hic in Canone tuo per falso intellecta & male applicata Esaiæ uerba restaurare non uereris, quum ea sententia omnibus repugnet scripturis, quas sancti Patres, præcipue Cyprianus, gloriosus Martyr & Pontifex Christi, protulerunt ad digne sumendam Euchristiam.

Cypria. in sermo de lapsis. Etenim inter multa, quæ martyr ille de lapsis non cito cõmunicandis commemorat, refert & istam scripturam diuinam, Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunque mãducauerit ex carne salutaris sacrificij, quod est Do-

est Domini, erat immundicia eius super ipsum, & peribit anima illa de populo suo. Affert & illud Apostoli. Quicunq; ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini, Tu uero Moibane ex Esaia doces, ut uel immundissimi accedant, & corpus Domini in uas immundæ conscientiæ suæ, uelut in pannum menstruatæ, recipiāt, Quod certe nunq; cogitauit docere Esaias, aut ullus sanctorum. Quin potius clamat contrarium dicens, Mundamini qui fertis uasa Domini, Cui consonat illud Apostoli, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat et de calice bibat. Tu uero immunde communicator doces communicaturos dicere Domino, Errare nos fecisti de uijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te, Atq; ita culpas eorum in Deum transfundis, idq; facis ex nefario errore Lutheri tui & Philippi eius, qui Deū statuerunt autorem principalem & causam efficientem delictorum nostrorum. Esa. 52. 1. Cor. 11

Quintum quoq; Canonis tui textū per falsum & confuse collegisti ex Nono Capitulo Danielis prophetæ, Quem ille quidem ad longe aliud propositum, q̄ ad communicandam Eucharistiam, retulit, Veruntamē uidetur multo tolerabilior & proposito communicantiū aptior, q̄ prior textus ex Esaia productus, Tametsi ea uerba, quæ proposito apertius conuenire uidentur, nō habentur ibi in textu Danielis, sed *Inepta Danielis allegatio.*

lis, sed à te sunt superaddita, hæc scilicet, Cui tu dabis pacem ne timeat, sed confortetur usq; in sempiternum. Omittis uero multa quæ Danielis textus habet, ordinemq; uerborum disturbas, sententiasq; confuse inuoluis, Quod quilibet lector cordatus mox deprehendet, si uel semel tuum textum ad Capitulum illud Danielis comparauerit. Longe autem uerius accommodatiusq; de uestra, aduersus Eucharistiam et iuge sacrificium altaris, impietate intelligitur

Dani. 11. eiusdem Danielis in. viij. &. xi. Capitulis prophetia, Vbi sic habet. Et brachia ex eo stabunt & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem, & impij in testamentum simulabunt fraudulenter.

Friuolum nouandi studium. In sexto Canonis tui textu tolerabilior quidem uideri potes, iure tamen reprehenditur tã affectatũ nouandi studiũ, & inordinata diuersarũ sententiarum ex diuersis Euangeliorũ locis coaceruatio. Primum sane, mutas incommode uerba Christi ex Matthæo, Quæ sic habent in trãslatione Hieronymi. Et ego reficiam uos, In Erasmi autem translatione sic. Et ego refocillabo uos, Tu uero, ut doctior utroq; appareas, sic ais, Et ego requiem uobis præstabo Cum autem referas hæc uerba ad Eucharistiæ cibum, Inepte sic mutas uerba, Cum cibi sit reficere & refocillare potius quam requiem præstare. Deinde addis de tuo et Lutheri tui errore

hæc uer-

hæc uerba. Ecce ego pauper ad diues Testamē tum accedo ó domine. At corpus et sanguis Christi in Eucharistia, nō sunt substantialiter nouum Testamentū (Vnde uultis uos nequiter inferre, quod sacrificium esse non possit) sed sunt uenerabile sacramentum quoddam noui testamenti siue nouæ legis, quæ sanguine Christi confirmata est, uti docet Apostolus ad Hebræos, Cuius figura præcesserat in lege ueteri, Vbi Moyses sumptum de holocausto & de uictimis pacificis sanguinis partem, respersit in populum, & ait. Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus his. Sicut igitur sanguis ille hircorum & taurorū non fuit substancialiter uetus Testamentum, sed signum quoddam confirmationis eius, Ita & sanguis Christi non est substantialiter nouum Testamentum, sed eiusdem uenerabile signum & confirmatio. Nouū tamē testamentū morte & sanguine Christi confirmatum est, Cum igitur Christus ipse non dicatur Nouum testamentum, sed noui Testamenti mediator (ut ait Apostolus) profecto nec sanguis Christi proprie & substantialiter nouum testamentū dici potest. Non enim solus sanguis Christi sed & corpus Christi, baptismus item & alia sacramenta atq; q̄ plurima fidei nostrę mysteria ad nouum pertinent testamentum. His accedit, quod tu ipse supra de sanguine dixisti, Qui est

Accedere ad diues testamentum.

Exo. 24.

Heb. 9.

noui & æterni Testamenti, non autem dixisti, Qui est nouum & æternum testamentum. Est quidem Diues Christi testamentum, sed ijs dũtaxat, qui digne accedunt. Tibi autem Moibane & omnibus sectæ tuę complicibus minime diues est ad gratiam, sed potens ad iudicium. Quisquis .n. in ulla secta hoc accipit sacramentũ unitatis, nõ pro se sed contra se testimonium accipit, ut asserit Augustinus. Hęc obiter de Testamento dicta sint. Posthac adijcis ex Duobꝰ Euangelistis, Luca & Marco, hęc uerba, Adauge mihi fidem, & adiuua incredulitatem meam, Sed parũ apte et in loco adiecta uidẽtur, Siquis .n. in fide nutat, et incredulitate fluctuat, is profecto haud digne accedit & communicat, Nos itaq; rectius in Ecclesia dicimus, Quod non capis, quod nõ uides, animosa firmat fides, præter rerum ordinem. Item Etsi sensus deficit, ad firmandũ cor syncerũ, sola fides sufficit. Rursus addis & hæc uerba, Corpus domini nostri Iesu Christi est uictima & oblatio pro omnibus peccatis meis. Miror equidem, quomodo ausis hic uictimam & oblationẽ confiteri, cum tibi Lutheroq; & omnibus Suermeris uestris potissima cõtra Canonẽ nostrũ ratio refutãdi sit, q in eo uictimæ & oblationis mentionem facimus. Sed latet hic quoq; nõ paruꝰ error uester, q̃ creditis et docetis, peccata uobis remitti quando sumitis corpus Domini. At nõ est ita, Tũ quia indigne acceditis in schismate, Tũ qa

Corpus Christi uictima.

non res

non remiſſionis peccatorum (ſicut eſt baptiſmus & pœnitentia) ſed communionis & charitatis hoc ſacramentum eſt. Vnde fit, ut quiſquis indigne ſumit, non probans ſeipſum homo, iudicium ſibi manducet, non diiudicans corpus Domini. Audi igitur, quid S. Cyprianus dicat iis, qui ante expiata delicta, ante exhomologeſin factam, ante purgatam conſcientiã (ut uos facitis) accedunt. Nõ eſt pax (inquit) illa ſed bellum, nec eccleſiæ iungitur qui ab Euangelio ſeparatur. Quid iniuriam beneficium uocant? quid impietatem uocabulo pietatis appellant &c. Quiſquis igitur ſciens prudenſq; in peccatis accedit, nõ remiſſionem ſed aggrauationem peccatorum ibi accipit. Recte quidẽ uictima dicitur corpus Domini, inquantũ oblatum eſt in ara crucis. Cuius repræſentatiuũ ſacrificium & oblationem nos in miſſa peragimus. At inquantum à fidelibus ſumitur, non uictima, ſed cibus, eſca, panis uitæ dicitur, ſi digne ſumatur. Indigne uero ſumentibus in uenenum & iudicium eſt, ſicut reuera eſt omnibus quicunq; in ulla ſecta conſtituti, Eccleſiæ ſunt rebelles. Poſtremo, addis & iſta uerba. Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti eſt emundatio omnium peccatorum meorum. Sed unde hoc noſti? ubi hoc habetur ſcriptum? Si enim indigne ſumis (quia ſchiſmaticus & excommunicatus) non eſt emundatio ſed cõmaculatio & aggrauatio tuorum peccatorũ. Potens qdem

Cyprian. In ſer. de lapſis.

est maxime sanguis Christi emũdare & sancti-
ficare cõsciẽtias nostras ab operibus mortuis,
ut ait ad Hebræos Apostolus, sed hoc fit nõ in
differenter oĩbus (A multis. n. in iudiciũ sumi
tur) sed ijs dũtaxat, q digne accedũt et sumũt.

Benedictio post finem Missæ.

In septimo & ultimo Canonis tui textu, ge-
minã affers benedictionẽ ex ueteri lege, ubi &
loca ipsa scripturarũ expresse depromis. V tpo
te. Num. 6. & Psal. 66. Idq; facis contra morẽ
cõplicum tuorũ, qui nouandi studio aliter alle-
gare solent quã tu hic facis. Quippe librũ, quẽ
nos Numeri dicimus, ipsi potius Quartũ librũ
Moysi uocant. Et quẽ tu hic nobiscũ dicis Psal
mum 66. ipsi ex eo 67. faciunt. Sed de ijs non
cõtendo hic tecũ. V nũ id rogauerim. Cur po-
tius ex lege Iudęorũ, quam ex Euangelio Chri
stianorũ benedictionẽ attuleris? Tolle nouatio
nis studiũ & uanitatẽ, & fateberis ultro, In E-
uangelio longe clarius exprimi uerum benedi-
ctionis fontem, Patrẽ & filium & spiritum san-
ctum, quã exprimatur in gemina, quã affers,
Matth. 28 benedictione Iudaica. Nunqd prohibuit Chri
stus uspiam, benedicere in nomine patris et filij
& spiritus, qui diserte iussit baptizare in nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti? Adde, quod
Iohannes in sua Canonica idipsum approbare
uidetur, dum ait, Tres sunt qui testimoniũ dant
in cœlo, Pater, uerbũ & spiritus sctũs, & hi tres
unum sunt. Hãc Euangelicã benedictionẽ te-
nemus nos in Canone nostro, quãdo dicimus.

Cœlesti

Cœlesti benedictione bñdicat & custodiat nos diuina Maiestas & una Deitas. Pater & filius et spūs sctūs. Aut quando breuius iuxta Missale Romanū dicimus. In unitate scti spūs, benedicat uos pater & filius. Quid ergo habes, q̃d in hac benedicendi formula nostra antiqua reprehendas, ut ea reiecta nouā & inusitatam ex lege Iudæorū obtrudas? Vere igitur concludimus iā semel, Nouū hunc Canonē tuum merā esse uanitatē, atq; indoctā & impiā nouitatē, q̃ & simplices scelerate decipis, & supba ingenij ostentatione cordatis Philautiam tuam stulte pdis. Mallem pfecto mitiora tibi dicere, si tu mitius Missam & omnia sacra Catholicæ per orbem Ecclesię tractasses. Vale et resipisce fœlicit, memor huius uerbi Salomonis. Meliora sunt uulnera diligentis, quā fraudulēta oscula odientis. Prou. 27.

Ad eundem.

Si forte roges Moibane. Cur hæc Ingolstadij potius quam Vratislauiæ euulgauerim, in promptu ratio est, quia isthic per te non licuit Typographo (qui addictus est tibi) inseruire mihi. Vbi tu superattendentis circa Typographiam authoritatem tenes et usurpas. Alioqui satis amice (una religionis causa excepta) cum illo mihi conueniebat, cum sit uir bonus & eruditus, atq; senatui minime ingratus.

FINIS.